PALLAS RHAETICA, ARMATA ET TOGATA. UBI PRIMAE AC PRISCAE INALPINAE RHAETIAE VERUS...

Fortunat Sprecher von Bernegg

Digitized by Google

7
9-E
15

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
4 I
54

1-9-E-15
7-8.D.60

PALLAS RHAETICA, ARMATA ET TOGATA.

Ubi primæ ac priſcæ Inalpinæ RHÆTIÆ verus ſitus, bella, & politia, cum aliis memorabilibus, ſingulari brevitate, fideq́; vere hiſtoricâ, ex optimis Scriptoribus & monumentis, adumbrantur:

AUTHORE

FORTUNATO SPRECHERO

à BERNECK, Davoſiano Rhæto, I. U. D. Eq Aurato, & pro Repub. Rhæticâ, in Valletelinâ, &c. quondam rerum bellicarum Præfecto.

BIBLIOTECA NA… ROMA



Anno MDCXVII.

INVICTÆ ET POTENTI

TRIVM FOEDERVM

RHÆTORVM INAL-

PINORVM

VNITATI,

PATRIAE ET PRINCIPI

MEO SVBMISSE

COLENDO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FILIALIS amor, & ſtudium indefeſſum, tibi, altera mihi Mater mellitiſſima, toto animo, cunctisq́; viribus, aliquo cum emolumento & fructu, ut ſoboles grata, perpetuò ſerviendi, inclinationi meæ materiam præbuit amplam: ut nunquam peritura Hiſtoricorum Veterum & Neotericorum monumenta, quâ potui diligentia, perſcrutari, poſt ſacræ doctrinæ volumina, inprimis mihi cordi & labori eſſe duxerim. Dum verò peregrinæ antiquitatis, propriæ laudis avidæ, ſcrinia pervolvi: pauca quædam, de noſtrorum

populorum origine, & ſedis mutatione, & occupatæ regionis ſitu; (& hæc quidem ſtrictim, ac ſicco, ut dicitur, pede) de gubernatione verò & geſtis, uti etiam de cæteris, ſolo virtuteq; nobis vicinis, non niſi quæ invitè, & ſemper ad ſui, hoc eſt, Græcæ atq; Italicæ gentis, inprimis Romanæ, exaltationē, dicere coacti ſunt, perveſtigando invenire potui. Noſtri enim priſcæ fidei homines, durorum armorū, pinguiumq; arvorū & armentorū cultui potius, quàm voluptatibus aut litterariis exercitiis, operam ſuam impendere voluerunt. Eorum hoc opus eſſe, quibus cura altarium concredita erat, & quos ab oneribus prædictis immunes ſervabant, neſcio quâ ratione perſuaſi, firmiter crediderunt.

Hinc factum, ut ſuperioris ſeculi, noſtræq; ætati proximi aliqui Scriptores, variis opinionū & affectuum fluctibus agitati, ſubinde in diverſa ſtudia ſciſſi fuerint. Alii namq;, propter connexum rerum, ab eis ex profeſſo tractandarū, quædam obiter & vulgari more adnotavére: ſed alpes,

nive

nive ac frigore perpetuo rigentes, nec perſpicaci vi ingenii,nec gravi corporis mole, propiùs accedere voluère. Quidam verò rerum ignorantiâ & obſcuritate deterriti, calamū,quem jam arripuerant,rejecerunt. Inventi ſunt etiam,qui fabuloſa quædam & ridicula, nobilioribus præſertim adulaturi, commenti ſunt.

Has vero difficultates, celeberrimus ille Glaronenſium Patritius, Aegidius Tſchudius, egregiè ſuperavit: qui in vicinis alpibus natus, & ſingulari ingenii felicitate præditus; necnon à primariis Hiſtoricis & Poëtis, Henrico Lorito Glareano, Præceptore,cōterraneo & affine, Ioachimo item Vadiano, Conſule Sancto-Gallenſi, Bilibaldo Birckhaimero Noribergenſi, Gerardo Noviomago, & Beato Rhenano Seleſtadienſi,aliisq; Polyhiſtoribus coætaneis, adjutus;ſitum Inalpinæ noſtrę priſcæ Rhętiæ exiguo libello, ſcitè & diligenter tradidit: gubernandi autem formam, durique Martis opera,ſummis labiis in prędicto libello tantùm attigit: Quin,ut fama eſt, de

virtute, moribus & geſtibus, Helveticarū & Inalpinarū gentium, uberes commentarios contexuit; qui penes ejus gentiles deliteſcunt.

Poſt hunc, meminit Conradus Geſnerus, in Bibliothecâ ſua, Alberti Bellfortenſis, Rhętici Medici excellentis: qui accuratâ diligentiâ Epiphaſin Rhætiæ, de antiquitate, geſtis, & potentiâ Rhætorum, nihil ex Græcis & Latinis auctoribus, quod ad hāc materiā pertinere poſſit, omittendo, conſcripſerit. Hujus tamē ſcripta, omni curioſitate inquirens, nanciſci nunquam potui.

Franciſcus Niger Baſſanenſis, heroicè & laconicè Rhætiam decantavit.

Benedictus Iovius, Pauli frater, Novo-Comenſis, libro manuſcripto Patriæ ſuæ hiſtoriam poſteritati reliquit; & Rhæticarum transalpinarū rerum crebram mentionem facit.

Illuſtris Ioannes Traverſius, Engadinus Rhætus, Vallis-Telinæ ſecundò Gubernator, bellum, quod Rhæti noſtri ad Clavennam, Dubinum, & Morbennium, cum Ioan-

Ioanne Iacobo Medicæo, Muſſii Caſtellano, geſsère, exactiſſimo calamo, uti qui interfuit, & Dux primarius præfuit, in Rhætica linguà rythmice annotavit.

Facundus Ioannes Stumpſius, unà cum magno Munſtero, in Geographicis, ſecuti Tſchudium, in reliquis quisque, prout inſtitutum ferebat, diligẽtes ſe monſtravère.

Poſt hos apparet vir incomparabilis ingenii, Ioſias Simlerus, qui, opere de Repub. Helvetiorum & ſociorum edito, ſtudium & doctrinam ſuam ſatis declaravit.

Vir pius pariter & doctus, Huldricus Campellus, Engadinus Rhætus, duobus tomis ſatis oneroſis, & quam exquiſitâ cujusque rei annotatione, Patriæ noſtræ hiſtoriam ad ſuam uſq; ætatem contexuit.

Caſparus Bruſchius, Poeta & Hiſtoricus diligentiſſimus, in Epiſcopalibus ſuis, Epiſcopatum noſtrum Curienſem, reliquaq́; monaſteria hujus tractus, à fundamentis ipſis egregie exornavit.

Martinus Cruſius, Varro ille Germanus, in Suevicis ſuis Annalibus, cui provin-

ciæ

ciæ Rhætia noſtra diù annumerata fuit, nos non parùm juvit.

Hoc noſtro ſeculo in theatrum producendi ſunt, Ampliſſimus Vir, Marcus Velſerus, Patritius Auguſtanus, cum Franciſco Guillimanno, viro ornatiſſimo. Ille, octo libris, res Vindelicas Auguſtanas (ubi Rhæticis Inalpinis noſtris magnũ lumen attulit) eâ diligentia & gravitate eſt complexus, ut divinum ejus ingenium & judicium admirari quidem imitari non liceat: Hic, patrias, Helveticas videlicet, Rhęticas, & ſociorum antiquitates, quinq; eruditis libris comprehendit.

His ſuperadde pręſtantiſſimum virum, Philippum Cluerium, Germanum. quid, quæſo, is, in Germania antiquâ, Norico, & Vindelicia ſua, non perſcrutatus eſt ? quid tantus vir ignoravit?

Iſtis, ut & cæteris nominatis omnibus, multum, imò plurimum, unicuiq; in ſuo genere, me debere fateor. Difficultatibus tamen inſtitutum meum non caret: pręſertim ſi vera & genuina Topographia, cũ non-

non-fucati hiſtoricâ rerum narratione, in epitomen; eamque, quantum fieri poteſt, magis ſuccinctam, redigenda ſit. Accedit altera, non minori conſideratione digna cauſa: quòd nullum ſcriptionis genus, majori periculo, graviorique cenſuræ, propter varias perſonarum, rerum, & locorum affectiones, diverſasq; temporum periodos, ſubjectum ſit, quàm hiſtoricum. Democratico quidem in ſtatu, liberum magis & populare cujusq; eſt ferre judicium: vivis autem, & ipſius Patriæ filiis, majus impendere videtur. Inde factum, ut proverbio ferè receptum ſit: Nullum verè prudentem Patriæ ſuæ conſcribere hiſtoriam, ut eam lucis publicæ faciat, dum ipſe ejus uſurâ fruitur. Imò,

Vivere, & Hiſtorico vix licet eſſe bono.

Atque hinc fieri putamus, quò minus hactenus Illuſtris Heros, Joannes Gulerus à Weineck, auratæ militiæ Eques, & Rhæticarum copiarũ olim Archiſtrategus, Dominus ac Sympatriota meus colēdus, perfectam, tantoque viro dignam, quam præ

manibus habet, Rhęticarum rerum hiſtoriam divulgare voluerit: cujus tamen primam partem, in lucem editam, ſummo cum fructu, in ipſo veſtibulo promulgationis operis mei, vidi.

Enumeratis periculis, alia quoq; obſtacula & impedimenta, tenuitas nempe ingenii, parcumque dicendi genus, juventutis meæ ſocia, adjungenda, imò præmittenda, veniunt. Quæ omnia ſimul juncta, quem non ab inſtituto deterrere deberent?

E contrario autem omnipotentis DEI me erigit benignitas: cujus divino fretus auxilio, gloriam & honorem illius inprimis ſpectans, alacri ſtudio tantum opus aggredior. Adeſt mihi etiam unanimis tuorum, chariſſima Patria, civium honeſta petitio, & ardentiſſima cognoſcendi cupiditas, quid à generoſis noſtris majoribus ſit geſtum: cujus ſi non tanquam plenione hauſtu ſitim extinxero: ſaltem eam, ceu jucundiſſima frigidâ, temperavero, & ſic aliis, quibus felicius ingenium, fœcundiorq;

dioróq; ſtilus, divinitùs obtigit, incitamento eſſe ſuffecero.

Fidis etiam cuſtodibus, ab utroque latere, Veritate & Sinceritate, (quibus Brevitatem ancillari deſidero) in hanc ſcenam munitus prodeo. Sanctè enim proteſtor, me has, uti Cynoſuram, præ oculis habuiſſe ſemper: cùm ratio inſtituti, & lex hiſtoriæ (quæ lux eſt veritatis, ſapientiæ mater, magiſtra vitæ, & nuntia vetuſtatis) eaſdem ſedulò & unicè requirant.

Accipe ergo, Excelſa Reſpubl. hos qualeſcunq; meos labores, quos tibi, uti ſummo in his terris meo capiti & nutricio, exporrecta fronte, & humili debitáq; animi ſubmiſſione, offero, dono, & dedico: tuóq; potenti patrocinio, contra Zoilorum invidos morſus, (res tua cùm ſit) ſtrenuè illos defende; atq; ab obtrectatorum theonino dente, & omni injuria, me fortiter vindica; &, uti hactenus feciſti, fovere perge. Deum trinum & unum ardentibus votis, verisque gemitibus, ſupplex, ex intimis cordis mei penetralibus oro, ut te,

tuosq; ſocios, ad ſanctiſſimi ſui Nominis laudem, piorum conſolationem, veræ libertatis defenſionem, & tuam ipſius exaltationem, quam diutiſſime ſalvam, florentem, victricem & triumphantem, eſſe jubeat. Amen. DAVOSII in patriâ, ex Muſeo meo, XXIV. Menſis MARTII, Anno MDCXVII.

Inclytæ Tuæ Virtutis, & Glorioſi Nominis,

ſtudioſiſſimus Civis & ſervus,

FORTUNATUS SPRECHERUS
à BERNECK.

IN

HISTORIAM RHÆTICAM,

NOBILIS ET EXIMII IC.ti ET EQVITIS AVRATI,

D. FORTUNATI SPRECHERI à BERNECK, &c.

I.

Gratulor ex animo, pie FORTUNATE, quòd almam
In Patriam felix aggrediare opus.
Gratulor & Patriæ, tanto Scriptore reperto,
Hiſtoriam & laudes quæ volet ipſe ſuas.
Fortunati ambo: Patriæ tu ſolvere grates
Condignas poteris; illa referre tibi.
Fors Fortunatum fecit: fortemq́; fovebit,
Sic fortunatos nomine, req́; DEUS.
Perge pius igitur Patriæ ſacrare Labores:
Nam Fortunati nomen & omen habes.

THOMAS à SCHOVENSTEIN, L.B. ab Ehrenfels,
D. in Haldenſtein, &c.

II.

Cur tibi Teutonicum nomen, ſimul atq́; Latinum,
Mire nimis felice, Muſa benigna dedit?
Num, quas contribuit divino munere dotes,
Nominibus voluit vix notare tuis?
Sic Fortunatus verè es, fandoq́; beatus;
Quum celebres Patriæ tam benè facta tuæ.

JOANNES GULERUS à WEINECK,
Eques auratus, & militiæ Rhæticæ
Archiſtrategus, &c.

III.

Hiſtoriam Patriæ dum, FORTUNATE, retexis,
Illam & laudes concelebrare ſtudes:
Cunctis adſpirant Pimpleides, impete eodem;
Dicens vel ſcribens, omnia dextre agis.
Liberæ & antiquæ ſtat major gloria Gentis,
Quam decorat meritus Martis & Artis honos:
Confirmant animos concordia fœdera: fulcit
Juſtitia, & Pietas cum Probitate beat.
Hæc, quum in Patriam, cum tu, SPRECHERE, recenſes,
More tuo, ingenua ſimplicitate, fide:
Ambigo, an hinc Patriæ ſit major gloria genti,
Laudibus an Patriæ ſit tibi major honos.
Macte vir ingenio, cultor pietatis & artis!
Et fortunatum Patria [illegible] illa Tibi!

M. LUDOVICUS LUCIUS, Baſileenſis
Academiæ Profeſſor.

IV.

IN lucem Rhætigenum, SPRECHERE, ſepultam
Iam revocas; num non Rhætus es alter? Ita eſt.
Condidit ille eandem quondam: renovata reſurgit
Hæc eadem, ingenii luce beata tui.
Barbaries haud raro priſcam concuſſit: at iſtam
Non vis, non ventus ſubruet ulla dies.
Perge ita: nec dubium, ſeris quin poſthumus annis
Illa tua vivet, vivit ut illa tibi.

JOH. PONTISELLA C. Curienſis,
Rhetor.

V. Re-

V.

REGIONI eſt luxus, pompa, & pro lege cupido:
Primates vulgi prædia opima ſitiant.
Felix eſt, nimium felix, Gens ubiq; Monarchâ
Libera: quæ dudum Rhætica noſtra fuit.
Nobilis eſt actis, ſaltem ac tempore priſco:
Adhuc propitio eſt Rhætia tuta DEO.
Gloria ſit nobis, præ cunctis gentibus, iſta:
Rhætia gens, hoſtis non ſuperata manu.
Annales reſerent, teſtis polyhiſtor amandus
SPRECHERUS, Rhætûm gloria vera ſoli:
Quem celebrant Pietas, veneranda ſcientia Juris,
Nobilitas generis, [illegible]q; fides.
Sit FORTUNATUS, noſtro memorabilis orbe;
FORTUNATE tua quæ monumenta facis.

M. BLASIUS ALEXANDER BLECH, Rhætus.

VI.

AD RHÆTIAM.

INCLYTUS Pelidis Magnum cùm geſta Macedo
Vidit Mæonia concelebrata chely;
O felix, inquit, juvenis, cui [illegible] laudum
Præconem laudis fata dedere tua!
Hæc tamen Hiſtoricum tantum ſi [illegible] ævum,
Quod [illegible] tam breviter, condidit Auctor, opus;
Qui [illegible] in rebus, quale prudentia dictis,
Quanta fides rebus, qualis & ordo micet:
Rhætia, crede mihi, tali præcone vocares
Tam ſe felicem, quam fuit Æacides.
Nam cultu longè major tibi ſurgit Homero:
Hic tibi vera refert, ficta ſed ille canit.

AD AUCTOREM.

Dum Patriam ſcriptis celebras; te ſcripta celebrant
Doctorum Patrum: laus tua crede manet.

NICOLAUS PARAVICINUS, HORATII filius,
Sondricenſis, Volturenus, Rhætus.

ARGUMENTA
DECEM LIBRORUM
PALLADIS RHÆTICÆ.

I. Thuſcorum, Duce Rhæto, in alpeſtrem tractum migratio: finium ampliatio: antiquæ Rhætiæ alpinæ intra ſuos terminos deſcriptio; ac rerum geſtarũ acta, ad fata uſq; Auguſti Cæſaris.

II. Geſta ſub aliis Imperatoribus Romanis, ad Francicum uſq; Imperium.

III. Rerum geſtarum memoria, ſub Francico & Germanico Imperio, uſque ad annum milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum-ſextum.

IV. Bella; Suevicum cum Maximiliano Imperatore, anno 1499. & alterum, cum Jo. Jacobo Medicæo, Caſtellano Muſſii, anno 1525. & 1531. geſtum; ſpeciatim enarrantur.

V. Bella, quibus noſtri Rhæti, vel auxiliares, & ſtipendia ſub Principibus confœderatis merentes, interfuêre, ad noſtra uſq; tempora.

VI. Fœderum Rhætorum inter ſe, cum Helvetiis, aut aliis Principibus conjunctis; Sanctionum item, & juris adminiſtrandi, formæ; aliorumq; bello & pace memorabilium, ad hodierna tempora, ſuccincta enarratio.

VII. Origo Fœderis Griſei, & ejusdem per Communitates ſpecialis deſcriptio.

VIII. Deſcriptio Cathedralis Fœderis; cum Epiſcoporum Curienſium præcedente Catalogo.

IX. Deſcriptio decem juriſdictionum Fœderis, & Dominii de Haldenſtein.

X. Deſcriptio Volturenæ, Comitatus Clavennæ, & Bormii; quorum juſta acquiſitio, & adminiſtratio, breviter præhibetur.

PRO-

PROŒMIUM.

QUam magnum & ingens donum DEI ſit vera libertas, utì rem inæſtimabilem, & alterã quaſi vitam, nemo perpendere poterit, niſi qui durũ miſeræ ſervitutis jugum (quod non modò triſtiſſimæ morti cõferendum; ſed & longè præponendum eſſe, quilibet generoſius animus judicat) vel ipſe fuerit expertus, vel alios ſub eo viventes propius cognoverit. Ad quæ concinnè Poëtæ veteres ſequentibus verſiculis alluſêre:

Candida libertas claro deſcendit Olympo:
    Triſte at ſervitium de Phlegethonte venit.
Nec benè pro toto libertas venditur auro,
    Hoc cœleſte bonum. ————
O bona libertas pretio pretioſior omni!
O ſummum primumq; decus! qua procul ademta,
Nil gratum, nil dulce viris; & vivere mors eſt.

Inexhauſtus hic Theſaurus, à ſupremâ & divinâ Majeſtate in excelſis locis nobis concreditus fuit: atq; tutius & infallibius conſervaretur, eminentes montes, pro firmâ ſede & receptaculo, aſſignati. Namq; ſi ordine omnia, & ad amuſſim (quatenus ratio inſtituti noſtri ferret) examinare vellemus: inveniremus, ſemper veræ libertatis hoſpitium fuiſſe montes. Creationis primorum Parentum locum, ubi ſemel à libera prope montes fuiſſe, ex hoc etiam colligimus, quod qualiter fluminum ſcaturigine (quorum proprium eſt, à montibus deorſum præcipitari) conſpicuus fuerit. Sic arca illa ſupernatans Noëmica, in montibus Armeniis cõſediſſe fertur, ut ſuperſtites à diluvio ſummam Dei clementiam, in loco etiam eminentiore experirentur. Legiſlator omnipotens in montibus ſervos ſuos allocutus eſt, indeq; eos ad cœlos aſſumpſit. Salvator noſter Jeſus Chriſtus gloriam

ſuam, ante & poſt aſcenſum ad cælos, in cacumine montium oſtendit, ibiq; ſuis apparuit: qui etiã Eccleſiam ſuam in locis montoſis & eremo eſſe voluit. Sic Prophetarum & Apoſtolorum, aliorumq; Chriſti ſervorum habitationes deſerta fuiſſe, teſtes locupletes habemus. Pagani ipſi, lumine naturæ illuſtrati, Diis ſuis eminentiorem locum attribuerunt, & proinde ibidem ego templa & ſacra facere ſolebãt.

Has commoditates, imò hæc magnalia etiam ſentiunt omnes genio & ingenio magni Viri & Principes, qui caſtra & Muſea ſua aſtra magis appropinquare cupiunt. Leo, Rex quadrupedum, & huic generoſitate vix cedẽs Capricornus: ſic etiam Aquila, alarum dominio cæteris volatilibus præpoſita, animalia etſi ratione deſtituta, hanc tamen eximii ſenſus habẽt partem: ut regioni aeris ſuperiori proximiora loca, etſi aſpera, ſibi pro ſede eligant. ita ſecurum imperium exercent ſuper reliquis, in mollis planitie, inter cathenas, lora & caveas, ſervilem vitam ducentibus. Et ubi major delectatio & ſecuritas, quàm ubi jucundi & grati ſpirant Zephyri? virides ſuaveſq; rident herbæ? leniter ſcaturientes murmurant fontes? ſalubres frigeſcunt acidulæ? thermæ caleſcunt? aliaq; balnea utrumq; temperans? ubi modulantur volucres, ſaltant capreoli, & pretioſa effodiuntur metalla? cacumina nivali colore prominent, colles Liberi muneribus ſuperbi, & valles ſubjacentes aureã Cereris fœcunditate beatæ, cominus & eminus conſpiciuntur? deniq; nihil deeſt, quod generoſior Naturæ appetere velit?

Tutiſſimi ergo in montibus magnanimi noſtri Majores, cum furori Barbarorum eſſet cedendum, aut avita libertas amittenda, tempore, modo, cæteriſq; circumſtantiis, prout ſuccinctè ordine enarrare nitimur, conſiderẽ.

PAL-

PALLADIS RHÆTICÆ
LIBER PRIMUS.

ITALIA omni tempore, propter ſaluberrimam aëris temperiem, pinguiſſimorum agrorum felicitatem, & omnium deliciarũ ubertatem, artium deniq; & ſtudiorum excellentiam, ceu Paradiſus alter, & totius Europæ ocellus, omnium ordinum & nationũ homines ad ſe pertraxit: quos deinde non modo pulcherrimarũ artium & ſcientiarum, quarum eſt ingenioſa magiſtra; ſed & contubernij, juris & patrocinij, ob humaniſſimam hoſpitalitatem laudatiſſima, participes fecit. Pro quo beneficio tamen, non ſemper meritam gratitudinem, & Talionis ſanctitudinem; ſed injurias ſæpenumerò & inſidias experta eſt. Unde tam nobilis Regio, à variis populis, hoſtibus ſæpius tentata & afflicta fuit. Sic florida, & præ cæteris Italiæ provinciis excellens, Majorum noſtrorum Patria, invidia & ſimultatibus internis (ut ſolent animi luxuriare rebus ſecundis) diſtracta, externos, illecebrarum blanditiis allectos, dominos & indigenarũ expulſores, ſibi, ſuo fato, acquiſivit.

Dum enim Joſiâ jam Hieroſolymę, & Anco Martio Romæ regnante, Demarathus, potens & opulentus famoſæ civitatis, Corinthi, in Græcia, civis, ſeditione ibidem nata, ſalutem ſuam alibi quærere ſtatuit: vicinam Italiam, & Thuſciam, poſt Hetruriam dictam, pe-

uit: tractumq; ejus longè optimum, ac ingente Tarquiniâ ſedem, & nobilē uxorem, ſibi elegit. ubi poſtquam Lucumonem filium genuiſſet: rem familiarem ita auxit: ut hæredi, ſub tutelâ relicto, ingentes etiam divitias reliquerit. Lucumo autem, animi, corporis, & fortunæ bonis ornatus, & à tutelâ liber factus, uxorem parem egregiamq;, nempe Tanaquilam, ex primis civibus natam, duxit. Omnium oculi inde, ad orientem hunc Solem converſi, radios ipſius, indies magis ſplendentes, diu ſufferre non potuêre. Ab æmulis ergo is accuſatur; quod uxorem ſui Aruntis, qui ex Cluſienſibus primatibus non erat poſtremus, conjugi ejus abtulerit. Zelotypia cum invidiâ conjuncta, alas Aruntis pedibus addit: qui cum populi favorem videret Lucumonem poſſidere, ad exteros recurrit: rebusq; ſuis ad iter compoſitis, dulciſſimi vini non exiguam copiam trans alpes ſecum vehit: optimates & plebem (quorum corda jam mero exhilarata eſſent) prece & pretio, ad invadendam terram hujus grati potus producentem invitat: & voti compos factus, aliquas copias ultra alpes ſecum duxiſſe fertur. De geſtis autem eorum, & ſucceſſu rerum, ex Auctoribus nihil aliud eruere poſſumus: niſi quod ipſe Lucumo, invidiæ Thuſcorum locum dederit, & Romæ cum uxore conſederit: ibiq; principatum & regnum, quod alibi ambiverat, nactus, mutato nomine L. Tarquinius Priſcus nominatus fuerit, uti apud Paulum Diaconum & plures alios, fuſius adnotatum invenimus.

lib. 2. de rebus Longobardorum.

Extat alia privati cujuſdam, & mediocris hominis, regionis hujus inveſtigatio: quam ſuperiorem paulò anteceſſiſſe aut ſecutam eſſe, conjecturis probabilibus accepimus. Elico, ex Helvetiis civis, fabrilem ob

artem

artem Romæ cõmoratus, ficum ſiccam & uvam, oleiq; ac vini promiſſa, in patriam reverſus, ſecum tulit: ut meminerunt Plinius, Livius, & Polybius, ubi de Tyrrhenis verba faciũt. Stat firmum ergo, delicias Celtarum irruptionem promoviſſe. *Plin. natur. hiſt. lib. 12. cap. 1.* *Livius Decad. 1. lib. 1. & 5.*

Tempore vero præcommemorati Tarquinii Priſci, anno 18. regni ſui, Urbis conditæ 146. & ante Chriſtum natum 587. vel ut alii, 588. Galliæ Celticę præerat Ambigatus, ex Senonibus (quibus reliquæ Celticę genti Regem dare competebat) huic filius unicus erat: ex ſorore vero duos optimæ ſpei habebat nepotes, Bellovesum (*[illegible]*) & Sigovesum (*[illegible]*) hosce, ne illo aliquando [illegible] moleſtiam crearent, cum ingenti multitudine quibus commode carere poterat, & quos [illegible] regere poſſe diffideret, in diverſa loca emiſit. Sigovesus quidem, Hercyniæ ſylvæ tractum, auguriis Deorum motus, petiit: & ibi Tectosages ſedem fixiſſe, ex Cæſare habemus: & a Sigovesis ortos Boios, Strabo aſſerit. *Cæſ. cõment. lib. 6.* *Strabo Geograph. lib. 7.*

Bellovesus autem (de quo noſter ſermo eſt) cum ſelecta turba ex Senonibus, Biturigibus, Arvernis, Heduis, Ambarris, Carnutibus, Aulercis, & procul dubio non exiguo numero ex Helvetiis, profectionis & itineris auctoribus & ductoribus, ſuperato Rhodano, ad Tricaſtinos, ſic ſorte monente, recta tendit: qui cum præ oculis Alpes viderent, commeatusq; illos deficeret, anxietas animos de montibus ſuperandis occupat. ſed ſtatim eis per nuncios innoteſcit, Maſſilienſes Græcos, ex Phocæa, nobiliſſimæ Aſiæ minoris provinciæ, per mare mediterraneum, ad Salluvios populos appuliſſe, ibique ſedem figere ſtatuiſſe. his novis recreati, quod & ſocios ſibi iam migrantes habe-

rent, ex Tricaſtinis, per Taurinos ſaltus, inviasque alpes, in Italiam tranſcenderunt. Horum irruptione per exploratores Thuſcis cognitâ, quorum potentia, præ Romanis, & cæteris Italiæ populis, eminens erat: (dominabantur namque intra Tyberim, Atheſin, Alpes, & utrumque mare) collectis copiis, eos à finibus ſuis arcere ſatagunt. Sed numero & ferocitate barbarorum deterriti: & acie prima, haud procul Ticino flumine, fuſi fuerunt. Hoſtium verò, qui victoria elati progrediebantur, pars una, nempe Hedui, in eo agro & tractu, quem Inſubriam appellari audiebant, conquievere; gaviſi hoc nomine, cum in relicta patriâ, provinciæ cuidam, idem nomen eſſet: & Mediolanum, ſumto à Santonum Mediolano nomine, aliasq; urbes, condidere. Cæteri, ulterius victoriæ ſigna ſecuti, potiore Thuſcorũ dominio potiti ſunt. Paulo enim poſt (ut hæc annectamus) Cenomani, hos ſecuti, Elitovio duce, Brixiam & Veronam poſuerunt. Tum Boji & Lingones, Pado trajecto, ſe efferentes, ex eâ parte Hetruſcis & Umbris pulſis, ad Appenninum usq; caſtra poſuere. Sic 250. poſt annis, Galli Senones, Brenno duce, poſt Appenninum ſuperatum, Cluſiumq; expugnatum, univerſam Romam, præter Capitolium, igne devaſtarunt.

Sed ad lineam ut redeamus: Relicta à prælijs nobilitas Thuſca, inaſſuetum Barbarorum jugum ferre, animo induci haud poteſt: quæ procul dubio præ cæteris, ut à quâ ſibi victores, ne rebellarent, magis timebant, duriori ſervitute premebatur. eoquemodo expulſionem illius magis promovebant: conſenſi infimâ plebe, & colonis, quorum colerent: & ita lætabundi, palatiis & opibus Magnatum, pro optima prædâ, gaudere

dere ſecuri valebant. Aſſumptis itaq; eis mobilibus & ſupellectilibus, ad quæ ipſi viri, cum uxoribus, liberis, ſervis, & clientibus, dominorũ fata ſequentibus, perferenda apte erant, Thuſci primæ patriæ valedicũt, &, de tuta ſede providere volentes, ad altiſſimos (ſecundæ, & alternæ nũc dicendę patriæ) montes, duce Rhęto, ætate, gloria, generoſitate & imperio, præ cæteris claro, ſe contulerunt. Jam antea hæc ora, præſertim quæ Italiam ſpectat, florente ipſorum imperio, dum plures in Italia & Inſubria colonias deducerent, (ut Livius teſtatur) procul dubio ipſis innotuerat. Superatis alpibus, venerunt ad Alpinos populos, Tauriſcos: (ita enim omnes Alpini populi vocantur, nam lingua Celtica, *Tauren*, mons dicitur.) interque hos primos incolas Lepontios invenerunt. Gens hęc antiquiſſima eſt; Cæſare, Strabone, Ptolemæo, & Plinio teſte: qui eos ab exercitu Herculis, alpes tráſcendentis, in ſummis ibidem alpibus relictos & collocatos, (inde λει[illegible] quaſi *relicti*) fabulatur. Certum tamen eſt, eos ut cæteros huius diſtrictus habitatores, Celticę gentis (quę originem ſibi vendicat ab Aſcenaze, Noæ pronepote: qui ex transmigratione, & linguarũ confuſione, Celta vocatus. Unde Iudæi Germanos etiam nunc Aſcenazim appellant) fuiſſe, ut ex ipſo etymo vocabuli, (quaſi *die Lieben*) aliisq; conſequitur. Hi, ad itinera aperta & pervia tenenda, ad Rheni fontes; ſicut Lepontii Viberi ad originem Rhodani, deſtinati erant. Hoſce, cum ſpes amiſſi imperii, ſucceſſu temporis, aliquá parte recuperandi, animo fixo hæreret, & eorundem operá, ut aeri & regioni aſſuetorum, Noſtri opus haberent, amicitia ſibi conciliant & fortalitiis aliquibus fines ibidem muniunt: ipſi interim ad minora loca, ubi edu-

Plin. lib 3. cap. 20.

educatæ ſuæ & aſſuetæ naturæ magis apta, tendunt. Ubi ergo Rhenum jam mitem curſum tenere vident, & regio alas ſuas in planitie expandebat, ipſi ſarcinas ſuas deponunt: incolarum, quorum exigua copia, aliquos ad montana relegant; alios amici ſervitute ſibi obligant: Pagum ibidem, ad montis pedem, (cui nomen amiſſæ patriæ, *Thuſcia*, imponunt) condunt: & caſtra multa, in altiſſimis locis, communi manu, nullo perſonarum reſpectu habito: Dux ipſe Rhætus tria, utpote Rhætiam altam, imam, & Rhætium, ſuo nomine inſignita erigunt: Vallem hanc à circuitu, Domeſticam (hodie *Tomilaſca* dictam) vocant. Proximi his jam accolæ & vicini erant Cotvantii & Rucantii: qui ejuſdem originis cum Lepontiis ſunt; prout ex etymologia verborum (*die Guattem: die Ruchen*) patet. Illos, ut feroces, & in arcibus ac natura munitis locis degentes, ſocios & cives aſſumunt. Unde clarum eſt, primas aliquas Rhætiæ caſtra, à primis indigenis ipſis, nomina Celtica, quæ hodie noſtra Germanica lingua pronunciamus, accepiſſe: quamvis inficias non eo, & certo conſtat, multa poſtea ab Allemannis, Gothis, Longobardis, Francis, qui imperium Romanum invaſerant, & ab Epiſcopis Curienſibus, aliiſq; eorum feudatariis, fundata, Germanica nomina etiam nunc ferre.

Rheni utramque ſcaturiginem, ad cujus anteriores fontes Lepontii Aetuatii erāt, & ejus deſcenſum, cum populis accolentibus, jam inveſtigarant, ſibi ſubjecerant, & conciliaverant: animus autem & propoſitum erat, reliquum montium horum occupare, omnem, ne ductu alpium, ſeriatim ſe erigentium, auxilio & conſilio exploratorum, Oeni, Atheſis & Abduæ, ac reliquorum

quorum fluviorum fontes inquirunt: incolas, quorum numerus exiguus, ſuo imperio (quod tamen benignum, imo ſociale erat) adjiciunt. De hac Rhætorum expulſione, profectione, & alpium occupatione, teſtes locupletes ſunt, Cæſar, Strabo, Juſtinus, Plinius, Solinus in Polyh. Horatius, Cornelius Tacitus: quorum verba formalia, ne epitome in opus excreſcat, non recito; ſed loca appono.

Cæſar lib. 6. Strabo lib. 4 & 7. Plinius citatus lib. 3. c. 20. & lib. 12. cap. 1. Solin. in Polyhiſt. cap. 7. Hor. od. 4.

Montium ergo dominos factos, Rempub. ſuam in hac civitate, ubi mœnia divina, non humana manu, ſtructa ſunt, eadem forma, qua in amiſſo imperio, (ubi duodecim erant præeminentes, Lucumones Græco vocabulo dicti: quibus decimus tertius, Laertes, præſidens addebatur) adminiſtraſſe, non levibus conjecturis adducimur. Et hodie etiam, recuperata priſtina libertate, in pleriſque juriſdictionibus, duodecim aut quatuordecim jus dicentes ſunt: quibus decimus tertius, vel quintus, Miniſterio fungens, (unde *Miniſtrale* dicitur) præſidet.

Repub. cæteriſq; rebus ſitis, pro more patriæ, & ex voto ordinatis, aëris aſperitate acriores Rhætorum poſteri ſunt facti: ita ut etiam linguam corruperint, & vix ſonum retinuerint: quippe magis vicini Septentrioni, proinde graviori aſpiratione, ex naturali calore, verba proferunt. Olim quidem lingua hæc non ſcribebatur: noſtro vero ſeculo, eruditorū virorum opera, & ſcripta & impreſſa, in ea elaborata cernuntur; tantoque Grammaticæ concentu, ut vix alteri alicui idiomati in obſervatione regularū cedant. Hoc Rhæticum Idioma, communiter Romanum (*Romaniſch*) vocant, (Germanicè, *Churwaelſch*:) ut qui Romano poſtea imperio addicti, eorum lingua uti coacti ſint

Engadini Latinum *(Ladin)* appellāt; & indè ſumptum putant: quod multi nobiles, tempore Hannibalis, furori Pœnorum cedentes, ex Latio profugi, in hoc montium diſtrictu ſecuritatem quæſiverint. cujus rei multa familiarum & locorū monumenta hodie, præſertim in Engadinâ, apparent.

Nec tamen ſubtilitas ingenii Thuſci, & dominandi cupido, in eis extincta fuit: qui magis jam fœcundi, in ingentem multitudinem exereverāt. Populoſus itaq; numerus, extra anguſtias montium ſe extendere, occaſione ductus, ſimul & neceſſitate coactus, virtute & potentia ſuâ paulatim ad utrumque lacum, Ripanum & Acronium, (alii Potamicum & Brigantinum vocāt) & plus ultra, penetravere. Cujus clara veſtigia in oppidorum, caſtrorum, & aliorum monumentorum nominibus, utpote Caſtris Rheticis, Termino Helvetiorum, & Vigiliarū ſtationibus, Tertiâ, Quartâ, Quintâ, aliisque plurimis à Ripani lacus latere, & infinitis aliis à Brigantini parte, extant. quæ cum extra Primæ, priſcæ Inalpinæ, & hodiernæ Confœderatorū Rhætiæ, nobis deſcribendæ, terminos ſint; ne ab orbita deflectam; recenſere ſuperſedeo.

Nec interim tamen etiam delicioſæ Italiæ obliti ſunt: ſed fines ſuos ultra alpes, verſus Comum, Tridentum & Veronam, eos extendiſſe, ex memoratorum auctorum unanimi conſenſu nobis apertum redditur. Et proinde Strabo, ferocitatem & petulantiam Cotvantiorum & Rucantiorum, (ut prius monuimus) Inalpinorum Rhætorum, mirifice exaggerat. Ac veriſimile eſt, Romanos, quorum tum anguſtiſſimum in Italia imperium erat, Rhætorum in rebus & viribus, in proferendo dominio obſtitiſſe. Sed Scriptorum penuriâ

Strabo lib. 4.

nuriâ hac in parte premimur: ideóq; tenuibus conjecturis quædam inveſtigare, cum magnorũ virorũ judicio, tentabimus. Cum ergo, alii ex antiquioribus Scriptoribus, Rhætiam noſtram Illyrio, cui ab Oriente cohæret, adſcripſerint; alii vero Galliæ, propterea quod ab Occidente illi confinis erat: Galliæ autẽ Alpinæ mentio fit alicubi: utique propter vicinitatem, Rhæti noſtri populis Alpinis auxilia præſtitiſſe putantur.

Anno ante Chriſtum natum 143. Appius Claudius Conſul, Salaſſos, Alpinos, Gallos, cum auxiliariis eorum Alpinis, vicit.

Anno ante C. N. 166. Claudium Marcellum Alpinos Gallos ſubegiſſe, & in Capitolinis ſcriptum, eundem etiam de Liguribus triumphaſſe, ex Livio habemus. Quod bellum Rhætos Inalpinos etiam attigiſſe arbitramur. *Liv. epit. 46.*

Anno ante C. N. 168. &c. Martius Rex, Cõſul Rom. populum Alpinum, Sarnios (alii Stinos legunt) vicit.

Anno ante C. N. 195. L. Licinius Craſſus, egregius orator, Alpinum bellum affectaſſe, ex Cicerone in Piſ. habemus.

Hoc tamen ſit vitet, nec levibus argumentis ducti, credimus: Rhætos noſtros vicinis ſuis Tigurinis, Tugenis, Ambronibus, Teutonibus, & Cimbris in bello Cimbrico, odio potentiæ Romanæ, ſibi admodum moleſtæ, tranſitu & commeatu præſto fuiſſe; & Geſſatas (hi ſeu a ſtipendio, ut vocamus, *Geſynde*; ſeu a genere teli; quod a Varrone & Vergilio *Geſum* dictum, ita ſunt appellati) conceſſiſſe. Iſti enim, ſecundum Polybii ſententiam, juxta Rheni & Rhodani originem habitabant. Horum etiam ope uſus erat antea (eodem *Polyb. lib. 2.*

Polybio teſte) Brennus, Gallorũ Senonum dux, quum Cluſium & Romam, ſicut diximus, vaſtaret.

Romani victoria de Cimbris & Teutonibus, ac cæteris eorum ſociis, in Gallia & Italiâ potiti Rhætis noſtris magis infeſti fiunt. Noſtri contrà etiam eâ, quæ ſibi a Marco Marcello, Conſule Romano, anno ante C.N. 222. per victoriam, qua Gallis inſultarunt, erepta erant, recuperare ſtatuunt. Comum itaq; (ut Strabo ait) à ſupra adcolentibus Rhętis afflictũ, Cneus Pompejus Strabo, P. Magni pater, conſulatum cum L. Portio Catone, anno U.C. 665. gerẽs, ante C.N. 89. (duodecim circiter poſt Cimbrorum adverſam fortunam annis) inſtauravit, & colonos in eam reſtituit.

Ab altera Alpium parte extenſis, uti ſupra diximus, viribus, ad utrumque lacum, Acronium & Ripanum: per emigrationem Helvetiorum, & ſociorum Rauracorum, Sequanorum, & aliorum, adepti occaſionem, quæ, ut colligitur, ante C.N. 58. contigit: loca vacua, & ab incendiis libera relicta (conniventibus fortè diſcedentibus Helvetiis) occupaverint. Helvetii autem, veteres hoſpites, in Gallia à Cæſare fuſi, & retroacti ad priſtinos lares redeunt: Rhæti adepta, & ſibi relicta, reddere recuſant. Illi igitur Helvetii, fabricis intenti, & viribus diminuti, ex fœdere cũ Cæſare inito, opem & ſuppetias petũt: quę, auſpiciis Lucii Munatii Planci, quem Cæſar Galliæ Comatæ præfecerat, ſunt miſſæ. Hic Rhętorum vires & copias, Galliæ imminentes, & in lata planitie palantes, retudit, ac de iis triumphum, (qui tunc, & ſubſequentibus aliquibus temporibus, facilè, perturbato & inverſo antiquæ Reip. ſtatu, etſi hoſtis non eſſet ſubactus, concedebatur) eodem quo Cæſar eſt mortuus anno, egit: ut patet ex veteri inſcri-

ſcriptione, in promontorio Cajetæ inventâ:

L. MUNATIUS. L. F. L. N. L. PRON.
PLANCUS. COS. CENS. IMP. ITER. VII.VIR.
EPUL. TRIUMP. EX. RAETIS. AEDEM. SATURNI.
FECIT. DE. MANIBIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA.
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDUXIT.
LUGDUNUM. ET. RAURICAM.

Anno præcedente, nempe ante C.N. 44. D. Brutus, Conſul deſig. & a Cajo Julio Cæſare Galliæ Togatæ præfectus, Rhætos Italiæ imminentes repreſſit, ut patet ex Cic. ubi ſcribit, ſe ad Inalpinos cum exercitu progreſſum fuiſſe, & multa caſtella cepiſſe, multa vaſtaſſe, non ſine cauſa ad Senatum literas miſiſſe. *Epiſt. fam. lib. 11. epiſt. 4.*

Interea interficitur Cæſar: ſequuntur pugnæ & ultricia arma Octavii, Antonii, (qui etiam ex Alpibus, anno ante C.N. 41. triumphavit: etſi nihil dignum triumpho egerat, neq; omnino illis in locis imperium habuerat, ut Dio prodidit) & Lepidi, Triumvirum, contra occiſores. Mox cupido imperandi inter ipſos quoque diſſenſionem parit: & tandem habenæ ſoli Octavio (Auguſto nobis, poſt Actium & Alexādrium, U.C. 717. ex ſententiâ M. Planci, dicendo) delatæ ſunt.

Romani Imperii potentia omnibus formidabilis facta, ex quo, anteactis temporibus, ut ſuo loco monuimus, Comum Rhætis ereptum erat, vicinos etiam Vennonetes & Camunos, Alpinas gentes, ſibi adjicere ſtatuit. Hi tamen Rhætis dominis ſuis fidi, contra Romanos arma ſumpſerunt, victiq; a P. Silio, & ſubacti ſunt, Dione teſte, anno U.C. 738. Gaudens hac victoriola Auguſtus, cum ſuis Romanis, quorum victricia arma jam per Aſiam, Africam, Europam, Galliam & Hiſpaniam circumlata erant, *Indomitum Rheni caput,* *Dio lib. 54.*

(ut Lucanus canit.) & hactenus invictam gentem, in Alpibus ſuis aggredi propoſuit. Huic aviditati inſerviebant crebræ, Rhætiæ vicinorum, Imperio Romano ſubditorum, querelæ; eos, de intuto viarum tranſitu, quotidianis item depopulationibus, rapinis, & latrociniis, accuſantium: quæ tamen apud Celtas, (uti Cæſar ait) ceu quæ extra fines cujusque civitatis fiebant, pro nulla infamia habebantur; ſed juventutis exercendæ, & deſidiæ minuendæ cauſa fieri, prædicabant.

Cæſ. lib. 6. cōment. bell. Gall.

addebant, immanitatem, quam exercerent, (nempe quod omnes maſculos, quos comprehendiſſent, etiá in utero matrum agentes; id quod certis divinationibus perveſtigabant; interficerent) ſic conſuetudine (aſſerente eodem Dione) apud Rhætos receptā eſſe: ut in eos, qui nullo fœdere eſſent conjuncti, ita ſtatuerent. Dioni aſtipulatur Strabo; qui tamen hanc feritatem & rapacitatem aliquo modo temperare videtur, dum commercia Inalpinorum Rhætorum, cum gente in campis & planitie degente, commemorat: eis nempe quod pepercerint, victumq;, & alia, quibus ipſi indigebant, tuto ad ſe deferre permiſerint: Inalpini viciſſim campicolis, de ſuis mercibus, reſinam, picem, tedam, ceram, caſeum, & mel retribuerint.

Strabo lib. 4.

Quæ Rhætos primos Alpeſtres, eadem fortuna excipiebat vicinos & conjunctos Vindelicos, veteris Illyrici populos, ita à fluvio Vindone & Lyco dictos. Hi propter incurſiones in proximos Sequanos & Bojos adjacentes, Imperatori ſubigendi videbantur. Anno ergo ante C.N. 15. M. Livio Druſo Libone, L. Calpurnio Piſone Cæſonino, Coss. Rhæticum bellum motum eſt. Quod ſi non temporis circumſcriptione, ſed animis & obſtinatione partium, metimur; inter graviſſima

viſſima numeremus licet. Verbi invidiam Romani Victores lenient: quorum confeſſione palam eſt, fortiſſimam gentem, militaribus potiſſimum artibus & inſidiis, non aperta virtute, ceſſiſſe. Nam, cum Auguſtus uni huic utrumque privignum, Tib. Claudium Neronem, & Neronem Claudiũ Druſum, duces præfeciſſet; præſtantiſſimosq; viros legatos, & viros doctos, unde

quid ſtudioſa cohors ſtruit,

addidiſſet; illi præfidentem ſed inconditam Rhætorum & Vindelicorum fortitudinem, ea fregere ratione, ut bellum latè per omnem provinciam ſpargerẽt, & hoſtium exercitum in multa minuta agmina deducerent: quo excogitato, diſperſos non admodum difficulter vincere, quorũ unitæ vires invictæ erant futuræ.

Principio Druſus, contra Rhætos, ut vias aperiret, ab Auguſto cum exercitu miſſus eſt. hic eos apud alpes Tridentinas ſibi obviam factos, (ut Dio ait) prælio aggreſſus, haud magno certamine fudit: ejusq; victoriæ ergo, Prætorios, cum Quæſtor tantum fuiſſet, honores adeptus eſt. Dein, cum ab Italia rejecti, nihilominus Gallias urgerent, Tiberium quoq;, ex Armeniã reverſum, contra eos miſit. *Dio citato libro 54.*

In diverſas partes partitus, ut diximus, exercitus Romanus fuit. Tiberius, ex Galliã veniens, commeatu & cæteris rebus ad bellum inſtructiſſimus, Rhætos, à Druſo in alpibus ſparſim profligatos, & ad planitiem tendentes, excipit: & per lacum Acroniũ navigiis ſubvectus, commodè autem Inſulã ejusdem laci, (quæ etiã nomen ab eo retinuit) Rhætos & Vindelicos ibi concuſſit. Druſus frater in alpibus rem gerebat: *Strabo lib. 7.*

(Videre Rhæti bella ſub alpibus
Druſum gerentem, & Vindelici.) *Horat. lib. 4. Odã 4.*

& hinc

& hinc vallis quædam, ubi commoratus aliquandiu, ab eo Druſiana etiam nunc vocatur.

Victorias hactenus Romani, arte & conſilio à diſperſis copiis Rhætorum & Vindelicorũ, diverſis exiguis prælijs, extorſerant. Quæ ergo ex cladibus alpinis, & navali pugnâ ſuperfuêre reliquiæ, tamen neque generoſos ſpiritus, neque libertatis amorem poſuêre: imo hoſtes, toties victores, & exercitum jam conjunctum habẽtes, directâ acie, in ampla planitie, (in campis ad Lycum immenſum patentibus fuiſſe, conjecturis ducimur) quæ nihil ad tegendas inſidias latebrarum haberet, teſtandæ virtuti delectâ, aggredi auſi ſunt; &, eventu minus læto, extremam fortunam tentaverunt. Inde Horatius iterum:

Maior Neronum mox grave prælium
Commiſit, immaneſq; Rhætos
Auſpiciis repulit ſecundis.

Incredibilia etiam facinora, Rhæticarum Inalpinarum, & Vindelicarũ mulierum, (ut Paterculus & Florus notant; & idem ab Oroſio Cheruſcis, Suevis & Sicambris, tributum fuit) commemorare cogimur: quæ (Amazonum inſtar, à quibus originem ducunt, ut Horatius innuit, & Servius ait) hoc bello, proprios filios, deficientibus telis, humi afflictos, tormenti loco, in ora hoſtium contorſiſſe dicuntur. ubi neq; patriæ, neq; libertatis amor ſatis laudari, neq; deterrima in liberos ſævitia, quam nulla beluarum feritas imitetur, ſatis vituperari poteſt.

Paterc. lib. 2. Florus lib. 4. cap. 12. Oroſ. lib. 6. cap. 2. Serv. in lib. 1. Aeneid.

Verum, etiamſi Rhætis dilaudandis omnium auctorum (præſertim Dionis & Paterculi, duorũ inſignium adulatorum) ingenia conſpirent: nullum à quoquam ornatius elogium excogitari poterit, quàm quod eos

Dru-

Devota morti pectora liberæ

appellavit Horatius. & idem Rhætos Draconibus, Aquilæ reluctantibus, comparat: quod nunc hos, nunc illos, implacidum genus, veloces, immanes, agmina ferrata, appellat. Ovidius in carmine abjectæ adulationis, Auguſtum duobus bellis Rhætico & Thracio, timuiſſe, haudquaquam diſſimulat.

Rhætica nunc præbent Thraciaq; arma metum.

cum de reliquis lenius locutus eſſet:

Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda

Hoc certum eſt; eum, Rhætici belli periculo & metu, in Galliam conceſſiſſe: ubi multas, ut in Hiſpania, colonias fundavit. Uni æſtate Rhæti & Vindelici debellati ſunt. & inde ſibi nomen Auguſti ſumpſit, a Sextili menſe, propter inſignes victorias. Tiberio cum triumphus, tot rebus geſtis, decretus eſſet, ipſe Auguſtus, ne ageret, obſtitit: triumphalia tamen ornamenta conceſſit. Hoc vero elogium SCto conſecravit: Plin. lib. 3.

IMP. CAES. DIVI F. AUGUSTO.
PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIB. POT. XVII.
S. P. Q. R.
QUOD. EIUS. DUCTU. AUSPICIISQ.
GENTES. ALPINAE. OMNES.
QUAE. A. MARI. SUPERO. AD. INFERUM. PERTINEBANT.
SUB. IMPERIUM. P. R. REDACTAE. SUNT.
GENTES. ALPINAE. DEVICTAE.
TRIUMPILINI. CAMUNI. VENNONETES.
ISARCI. BREUNI. GENAUNES. FOCUNATES.
VINDELICOR. GENTES. IIII.
CONSUANETES. RUCINATES. LICATES. CATENATES.
AMBISONTES. RUGUSCI. SUANETES. CALUCONES.
BRIXENTES. LEPONTII. UBERI. NANTUATES.
SEDUNI. VERAGRI. SALASSI. ACITAVONES.
MEDULLI. UCENNI. CATURIGES. BRIGIANI.
SOGIONTII. EBRODUNTII. NEMALONI.
EDENATES. ESUBIANI. VEAMINI.
GALLITAE.
TRIULATTI. ECTINI. VERGUNNI.
EGUITURI. NEMENTURI. ORATELLI.
NERUSI. VELAUNI. SUETRI.

Regio jam victa, in provinciæ formam redacta fuit: Rhætia nempe & Vindelicia, in unam ſolam, & Rhætia vocata a Norico & Pannonia diſtincta. Et his fere conditionibus, ut ſequitur, (ex Dione) in fidem eſſe receptam, autumamus. Quia vero populoſa erat gens, videbanturque bellum retentaturi: maximam ejus, & ætate validiſſimam partem inde abduxerunt, iis relictis, qui & colendæ ei regioni ſufficerent, & ad rebellandum non ſatis virium haberent. Reliquos, præcipuè autem Vindelicos, & planitiem incolentes, magna agri parte mulctavit, & tributis præterea immenſis affixit. cujus fidem faciunt Batavorum verba apud Tacitum.

Tacit. lib. 4. Annal.

Inalpini autem Rhæti, ad originem Rheni & Œni conſidentes, non omnino victi; ſed tantum hinc inde palantes repreſſi fuerunt: uti Lucani elogio patet, qui indomitum ſtatum Inalpinorum, tempore civilis belli, expreſſit. Claudianus etiam, longo poſt intervallo, ſic canit:

Claud. Paneg. 3. Honor.

——— *Rhenumq́; minacem*
Cornibus infractis. ———

& Suetonius, in Auguſto, verbo & ſermone modeſto utitur. *Rhætiam*, inquit, *& Vindelicos ac Salaſſos, gentes Alpinas coërcuit.* Mitius illi tum ob antiquam ex Thuſcia originem, & linguæ affinitatem: tum ut montium itinera per eos conſervarentur aperta: ad quæ non quælibet natio, ob aſperitatem ſitus, & vaſtas nivis moles, ac inacceſſos Alpium anfractus, apta erat, tractabantur.

Rhætiæ interim devictæ juriſdictio, & procuratio rei militaris, ſequenti modo conſtituta fuit. Auguſtus eam, uti Barbaris finitimam, ſibi regendam ſumpſit, & Præ-

Præſidem eũ (qui erant Prætores aut Conſulares: &, ut rectè addit Strabo, Equites) miſit. Hi jus gladii, in milites etiam vitæ necisque poteſtatem habebant: & militari habitu, hoc eſt paludati, in provincias proficiſcebantur, ut Dio docet. Eorum Magiſtratus non circumſcribebatur: ſed quoadusque Imperatori collibuiſſet. Sedem ejus fuiſſe Auguſtæ Vindelicorum, quæ à Romanis colonia deducta fuit, conjectamus; in edito nempe loco, prope Vindonis & Lyci confluviũ. Coloniæ autem in agros captivos, ſubſidium adverſus rebelles, & imbuendis ſociis ad officia legum, deduci ſolebant. Voce Druſi patroni, Auguſta illa vocata fuit. De ritu religioſo, obſervato in deducendis coloniis, canit Ovidius:

Foſſa fit ad ſolidum, fruges iaciuntur in ima,
Et de vicino terra petita ſolo eſt.
Foſſa repletur humo, terraq; imponitur ara,
Et novus accenſo fungitur igne focus.

Et, prout ex nummis antiquis veteribus, a Marco Velſero collectis, conjicere poſſumus; primus Rhætiæ Præſes fuit, Titus Sempronius Gracchus, vir Conſularis, & magnæ authoritatis. Erant deinde etiam Imperatoris Procuratores, aut Rationales: qui erant plerumque Equites, aut Liberti. His tributorum cura demandata erat, & quæ ad fiſcum Cæſaris pertinerent.

Invaluit tamen paulatim conſuetudo, ut certæ provinciæ, Procuratoribus, nullo alio Præſide, regendæ committerentur. Sic etiam Rhætiam, poſt Neronis mortem, Procuratore cohibitã fuiſſe, perſpicuum eſt. Et Præſidum appellationes, ſub Imperatoribus, ſæpius pro re nata, mutatæ ſunt. Sic Rhætiæ Procuratorem apud Tacitum invenimus & Prolegatum Rhætiæ

in lapide, vidit Velſerus: inde Legatum licet colligere: quo etiam nomine Iudicis, *Curatoris*, *Præfecti*, Provinciarum Rectores promiſcuè appellati ſunt.

De militari præſidio, (ſi Aventino creditur) Vindeliciam, præter auxilia, tres legiones, Martia, Quarta & Quinta Batava, cuſtodiverunt. Velſerus autem, ſub Auguſto, & deinceps aliquando, nullam legionem in Rhætiā ſtativa habuiſſe, etſi quædam ſubinde immi-
Tacit. lib. 1. & 3. Annal. graverint: firmis argumentis probat. Sic Tacitus, auxilia Rhætica, alas, cohortes ſæpe, ſemel, Vindelicorum cohortes nominat: legionum nuſquam meminit.
Tacit. lib. 4. Tiberius 25. legiones in armis habuit; ut ex eodem Tacito colligimus. tot enim fuere ſub Auguſto, (ut Dio prodidit:) quibus omnibus tamen extra Rhætiam locum aſſignat.

PAL-

PALLADIS RHÆTICÆ

LIBER SECUNDUS.

LATISSIMAM ergo hanc Rhætiam Inalpinam, & Vindelicum, ac bonam partem Helvetiæ, potiſſimùm ſuperiorem & inferiorem Duregiam, cōprehendentem, deſcribit Claudius Ptolemæus Alexandrinus, qui vixit ſub Hadriano & Marco Antonino Impp. *Occidentale latus*, inquit, *terminatur monte Adula (vulgò vocatur der Vogel) unde Rhenus oritur, & lineâ, quæ eſt inter capita amnium Rheni & Danubii. Latus Septentrionale limites habet, eam partem Danubii, quæ eſt à fontibus uſq; ad Oeni fluvii diverticulum. Orientale verò latus ab ipſo Oeno diſcriminatur. Meridionale, Alpium montibus ſupra Italiam extenditur, apud Graias Alpes, & apud Penninas, quæ ſunt juxta principium Lyci amnis, qui in Danubium exit, & mœnia urbis Auguſtæ alluit. Rhætiamq; à Vindelicia disjungit.* Claud. Ptol. Geog. lib. 2. cap. 12.

Strabo verò, qui tempore Chriſti & Auguſti in vivis fuit, diverſis locis, ubi de Rhætis & confinibus eorum ſcribit, limites ejus ſummatim ita complexus eſt: ut ab Oriente, Veronam & Noricos, & partim Vindelicos, qui eoſdem ad Septentrionem ſeparant, poſuerit; verſus Meridiem, Comum, & Inſubres; contra Occidentem demùm, Helvetios, & Lepontios. Atque Epiſcopatus Curienſis planè circuitus eſt. Nam ab Oriente, habet Epiſcopatum Auguſtanum & Brixienſem; Strab. lib. 4. & 7.

deinceps in Meridiem declinando, Tridentinum & Veronenſem: & ad ipſum Meridiem, Inſubres Cumenſes, Clavennates & Venonetes; (qui etſi ſub Rhætorum juriſdictione ſunt, tamen per commoditatem Diœceſi Comenſi annumerantur) item Biltionenſes, Helveticæ ditionis, & prædictæ diœceſeos: contra Occidentem, in ſummis alpibus, Lepontios Uranios Conſtantienſis, & Viberos Sedunenſis Epiſcopatus: A plaga Septentrionali, uſq; ad Acronium lacum, ab utroq; Rheni latere, & caſtra Rhætica, pertingit.

Quicquid itaque eſt intra circuitum hujus Epiſcopatus, veræ antiquæ Rhætiæ eſt: & omnes incolæ, præter reliquias Lepontiorum & Viberorum, ex quibus aliqui in Rhætiam migrârunt, qui ſemper linguã ſuam Celticam retinuere, & in ſummis montium partibus (unde etiam *Waldeſſer* quaſi ſylvarum incolæ, ceteris, etiam-num hodie dicuntur) ſuas ſedes habent, Rhæticã linguã, quam Romanam, uno etiam Engadini Ladinam vocant, uſi ſunt: ut ex oppidorum, caſtrorum, & omnium ferè locorum nominibus, perſpicue quiſq; deprehendere poteſt.

Nos autem ut ad inſtitutum noſtrum revertamur, ſolam illam primam Priſcam Inalpinam Rhætiam, & eos, qui perpetuo trino fœderis vinculo conjuncti ſunt, (proinde à Germanis, *die Grawen Bündner*: ſibi ipſis, & cæteris nationibus pleriſq;, *Griſones*, ob habitum ex patrio panno griſeum, quem geſtabant, dicti) cum ſubditorum ſuorum tractu, delineare, quam maxime ſuccinctè, propoſuimus.

Hi ergo noſtri excelſorum trium fœderum Rhæti, ab Oriente, habẽt hodiernos Venonnes & Oenanos,

ubi

ubi mons Vennoſtus eſt (*Vetmezza, Vinſtermuntz*) unde ex altero latere Atheſis ortum habet. Ab Occidente, Comitatus Bilitionenſis, & Adularum Alpium montes, Lucumonis, nunc S. Barnabæ, Griſpalta, Vepca, ac Mercus, terminos ponunt. A Meridie, ſunt Triumpilini, & alii lacus Larii accolæ, Vallis Saxea Mediolanenſis Ducatus, ac Bergomates & Camuni populi Venetæ ditionis. Septentrionale latus, ab una parte per accolas Rhæticonis montis, Valle-Druſianos nempe & Eſtiones, ab altera, per vicinos Reguſcos & Sarunetes, diſcriminatur. Quibus ubiq; etiam certi ſui termini extant poſiti: nos hic, generali populorum finitimorum citatione, contenti ſumus.

Ab antiqua ergo memorata Rhætiâ, hodie avulſa hæc ſequentia (quæ videlicet extra ditionem trium fœderum, & eorum ſubditorum, ſunt) numerantur. In tractu Tranſalpino, verſus Meridiem, pars Comitatus Tirolenſis, quæ eſt in Vennonibus, Abbatia Montis S. Mariæ, Triumpilini, Comitatus Bilitionenſis, cum vicinis Lepontiis. In diſtrictu vero Ciſalpino, verſus Septentrionem, ſiniſtrâ Rheni ripâ, Urſeren, Haldenſtein, (quod tamen fœderum patrocinium agnoſcit) Fabarium, Comitatus Sarunetum, Caſtra Rhætica, ubi Vindeck & Schennis; Vallis Duriæ, ubi S. Johannes; Comitatus Verdenberg, Gambſium, Dominium de Alto-Saxo, & Rhingovia: dextro autē Rheni latere, Gutenberg, Vallis-dulcis, Schellenberg, Comitatus Velcurii, Sonnenberg, Pludonum, cum valle Druſianâ, Blumeneck, Montfortium, Nunburg, Altum Amiſium, Brigantium, cum circumvicinâ regione ad lacum uſq; Acronium.

Longitudo etiā hodiernæ noſtræ Rhætiæ, ſi à Meridie

ridie in Septentrionem ſumatur, erit milliarium Rhæticorum ſeu Germanicorum (8000. paſſus pro quolibet milliari numerando) circiter quindecim: Latitudo ab Oriente in Occidentem, tredecim circiter.

Placuit etiam familiarum præcipuarum numerum, quæ antiqua nobilitate, aut geſtorum gloria, in noſtræ Inalpinæ Rhætiæ circulo claruere, aut etiam nunc vigent, vel inde originem trahunt, ordine alphabetico, (ne cuiquam injuriam facere videamur) apponere. Utemur autem, pro varietate idiomatum, in multis, Germanicis & Italicis terminationibus.

A.

Aburg.
Alberica.
Alberti.
Albertini.
de Alio.
Altenſtein.
Almenium.
Amacia. Comit.
Ambria.
Amiſium altum. Com.
Ameder.
Andreoſcia.
Andriani.
Ardetium, Ger. Steinsberg.
Armanaſchi.
Arma.
Arrigoni.
Artaria.
Aſpermontium. Baron.

B.

de Balcono alto; unde Caroli.
Balbiani. Com.
Baldenſtein.
Bartenſtreit.
Barachi.
Baſelga.
Baſſi.
Bavier.
Bazopi
Beccaria.
Belli de Belloforti.
Bellimontii Bar.
de S. Benedicto.
Bernburg.
Berneck.
Bernezzi.
Bifronti.
Belitrani. Com.
Beronda.

Biſ-

Biſſii.
Blumenthal.
Boſſii.
Bovitii.
Bovolini.
Brandani.
Brandis. Bar.
Brigantia. Com.
Brochi.
Brugberg.
Bruls.
Brumsli. inde Nob. in Turre.
Bruno.
Brunold.
Brunn.
Buchlen.
Buchberg.
Bundi.
Buolii.
Bupſer.
Burgarelli.
Burghauſen.
Burgover.
Burgſtall.

C.

Cabalzari.
Calderari.
Camenis.
Caminada.
Camentii.
de Campello.
Canobii.
de Capaulo.
Capitanei.
Carbonera.
Caroli.
Carugo.
de Carrate.
Caſolari.
Caſtelberg.
Caſtelli de { *Arcenio.* / *S. Nazaro.* }
Caſtriſium.
Caſtrum { *altum.* / *imum.* }
Caſtelmurum.
Cattanei.
Cazini.
Cingiacum. Germ. Rinckenberg.
Clingenhorn.
Conti.
Cornachia.
Coſta.
Crapa longa.
Cribelli.
Criſta.
Crottenſtein.
Crotti.
Curia. Com.
Curti.

Curtini.

D.

Dantii.
Diebethaler.
Dorta.
Duſch.
Duſdei.

E.

Eccleſia.
Ehrenfels. Bar.
Engelſperg.
Enderlini.
Eremuſium.

F.

Fagonium. German.
Feldſperg.
Falkenovia.
Falkenſtein.
Fardin.
Federſpil.
Ferla.
de Fine.
Sanct Finer.
Finer ab Aſpermonte.
de S. Fidele.
Florini.
Flugii.
de Flumine. Bar.
Fogeroli.
Folzani.
Fondra.
Fontana.
Fontenaſium. Bar.
Fragenſtein.
Franchi.
Freudenberg.
Friberg.
Fridberg.
Fridnou.
Fridruvv.
Frigeri.
Frizii.
Fronſperg.
Frueberg.
Fruenaus.
Furſtenburg.
Furſtenovv.

G.

Galli.
Gatti.
Georgii : aliàs Schorsh.
Geer.
Gerſter.
Giglieri.
Gilardoni.
Gottisken.
Grafberg.
Grauenfolen.
Greci.
Greding.
Griffenſtein.
Griffenſee.
Grimenſtein.
Grunberg.

Gruen-

Grueneck.
Gruenenfels.
Gruenſtein.
Guarinoni.
Gugelberg à Moos.
Guicciardi.
Guler.
Guttenberg.

H.

Haldenſtein.
Hartmanni.
Haſelſtein.
Haſenſprung.
Haiz.
Heidenberg.
Heim.
Heintzenberg.
Hertneck.
Heuven Bar.
Homodei.
Hoſpital.

I.

Jeclin.
Jenni.
Imeldi.
Interjortuli.
Jochberg.
Iterii.
de Judicibus.
Julini.
Juvalta { alta. / ima.

K.

Kilchmatter.
Kropfenſtein.

L.

Lambertengi.
Landolfi.
Langenberg.
Lavizari.
Lazaroni.
Leo.
Leoberg.
Leuſtein.
Liechtenſtein.
Lindenberg.
Liuri.
Loſſi.
Lucini.
Lumaga.
Lumbareni.

M.

Macii.
Major.
Malacrida.
Malaguzini.
Malles.
Malvaini.
Marca.
Marioli.
Marlianici.
de Marmore { albo. / nigro.
Marſilinum.

Marſinoilla.
Marutii.
Maſcaranici.
Matthias Ruotſch.
Matli.
Mazoni.
Meda.
Meienfeld.
Mejer.
Meli.
Menhardi.
Meruli.
Mingardini.
de Miſauco. Com.
Mohr.
Molina.
Mollen.
Montalta. Bar.
Montaſch.
de Monte.
Monièr.
Montfortii. Com.
Montii.
Mora.
Moreck.
Morharten.
Moos.
Moroni.
Muſſii.
Myſani.

N.

Naſali.
Neuburg.
Neuenſins.
Nidberg.
Nidervald.
Nigri.
Ninguarda.
Nitten.
de Nobilibus.
Nova.

O.

Oberſtein.
Odeſcalci.
Oldradi.
Olzati.
Ortenſtein.
Ortvein.

P.

Præpoſiti.
Pagani.
Panigada.
Panitii.
Paravicini.
Paribelli.
Parini.
Parſantii.
Pauli.
Pellizari.
Pergola.
Peri.
Phaſelli.
Philipponi.
Pibetaler.

Pipe-

Piperelli.
Piro.
Piſtalozii.
Pizzinoni.
Placii.
Planta.
Planaterra. Ger. Inburg. Bar.
Platti.
Pontiſella.
Porta.
Praten.
Pultinga.
Puzalii.
Pyrari.

Q.

Quadrii.

R.

Razetti.
Randeck.
Rappenſtein.
Raſerii.
Rauſchenberg.
Reitnovia.
Reſen.
Rhætia { *alta.* / *ima.* / *ampla.* } *Com.*
Rhætium Bar.
Richenbach.
Richenberg.
Richenovia.
Richenſtein.
Rietberg. Bar.
Ringg.
Rinckenſtein.
Ripa.
Robuſtelli.
Roſenberg.
Roſenſiz.
Roſenſtein.
Roſenrol.
Roſſi.
Rotels.
Ruchaſpermontium.
Ruchberg { *alta.* / *ima.* }
Ruinelli.
Ruſca.

S.

de Sacco.
Saletti.
Salis.
Salutii.
Santium.
Sargans. Com.
Sathains.
Satium.
Saxenſtein.
Saxum.
Altum-Saxum. Bar.
Schalgeti.
Scharpatectii.

Schaethen.
Schek.
Schellenberg.
Schenardi.
Schedberg.
Schmidt.
Schmidberg.
Schovenſtein.
Schrofenſtein.
Schvarzenſtein.
Schvartzhorn.
Schucani.
Schuler { *Davoſiani.* / *Caſtelmurii.* }
Scorpii à Freudenberg.
Sebregontii.
Segens.
Sengen.
Sermondi.
Sigberg.
Solaverſa.
Soles.
Somazza.
Somiliana.
Sonvig.
Spandri.
Speluca.
Spilberg.
Spina in oculis.
Sprecher.
Stadionum.
Stampa.
Stralick.
Strasberg.
Streif.
Stupa.
Stupani.
Subvia. Germ. Undervvegen.
Sumerovia.
Supra-caſtrum.

T.

Tackii.
Tagſtein { *altum.* / *imum.* }
Terra plana.
Terra rotunda.
Terraſpum.
Thomaſini.
Tockenburg. Com.
Toniola.
de Tovo.
Torelli.
Traverſii.
Trimontium.
Trimontium altum.
Tſcharner.
Tummbii a Nevvenburg.
Tuſcani.
de Turre.

Va-

V.

Vacani.
Vachenoug.
Vaelſberg.
Valckenouv.
Vald.
de Valendauno.
de Valerio.
Vandelberg.
Vanga.
de Vatio Bar.
Vazerini.
Vegrich.
Velcuria. Com.
Venoſta.
Verdenberg. Com.
Vertemanni.
de Vice-Comitibus.
Vice-Domini.
Viſchler.
Vielandt.
Vietzel.
Vildenberg à Freudenberg.
Villi.
Vineck.
Vindeck. Com.
Vittani.
Ulmi.
Vogelſberg.
Vulpera.

Z.

Zanoli.
Zenoni.
de Zuno.

Hæ familiæ ſunt, quas modò habere potui. Poſſunt etiam eſſe aliæ; ut proculdubio ſunt, & fuere: quibus tamen hoc meo catalogo nihil derogatum volo; & quas, notitiâ habitâ, libens quoque inſeram.

Jam nobis in poſterum geſta noſtrorum Rhætorum, omni brevitate, & ſtrictiſſima chronologiâ, dicenda veniunt. Proinde catalogum omnium Impp. nectere, cum hoc ab aliis in hac materia abundanter præſtitum ſit, hoc noſtro in opuſculo ſuperfluum duximus; ſed eorum tantùm, quorum, oblata Rhæticarum rerum occaſio poſtulat, ut meminerimus.

Druſo ergo defuncto, ejuſdem filium, patri cognominem, Provinciam Rhætiæ rexiſſe produnt; & contra imminentes Suevos, Rhætiæ auxilia ex veteranis miſiſ-

Tacit. lib. 1. annal. miſiſſe, retulit nobis Tacitus. isq; etiam auſpiciis patrui Tiberii Cæſaris, Germanos rebellantes domuit. In exercitu ſuo, quem contra Arminium Cheruſcorum Principem duxit, cohortes Rhætorum & Vindelicorum habuit: quæ in pugnâ illâ memorabili, ad Viſurgim, ubi Arminius fugatus fuit, vim hoſtium in Romanos irruentiũ fortiter ſuſtinuere; eodem teſte Tacito. ob quam victoriã, Druſus Senatusconſulto Germanicus dictus fuit. Tiberio Rhætia non ſolùm armis adfuit; ſed ligna etiam contribuit: Pons enim, ad navale prælium paratus, igne conſumptus erat. Larices ergo immenſæ magnitudinis in Rhætiâ ſcindi juſſit, ad eundem reſarciendum. Trabs inde, tempore Plinii, Romæ, 120. pedum longitud. & 2. undique latitud. cernebatur.

Nero Imp. Portium Septimium Rhætis Procuratorem dedit. Poſt Cæſaris autem fata, mox à Galbæ imperio, à quo deſciſcendi initium fecerant Germanicæ legiones, & Rhætia ſeceſſit: Othonem nunquam *Tacit. lib. 1. hiſt.* recepit; ſed in Auli Vitellii nomen, præeunte P. Septimio Procuratore, incorruptæ erga Vitellium fidei, juravit.

Porrò iis bellis, quæ Vitellius cum Othone & Veſpaſiano geſſit, bonam & fidelem Rhætorum operam expertus eſt. Cùm enim Alienus Cæcina, partium Vitellianarum dux, per Helvetiam in Italiam iter faceret; & Helvetii, de cæde Galbæ ignari, Vitellii imperium abnuerent, & tumultuarentur; miſſi ſunt ad Rhætica auxilia nuntii, ut verſos in legionem Helvetios à tergo aggrederentur. His autẽ Rhæticis alis, & cohortibus inter auxilia conſcriptis, ſe voluntaria provincialium *Tac. lib. eod.* Rhætorum juventus adjunxit: quam Tacitus hoc encomio

comio, nempe *ſuetam armis, & more militiæ exercitam* honorem. Pugnæ præcipuus locus ad aquas Helvetias fuit. Germani autem & Rhæti, hoſtes per ſylvas confectati ſunt, & in ipſis latebris plurimos trucidaverũt. His & ſequentibus temporibus, Rhætorũ haud parva fuit in armis gloria. *Zoſimus* etiam Rhæticas legiones inter præcipuas virtute ponit. Flavius Veſpaſianus, de Imperio cogitans, ſibi quoque Rhætiam, teſte Tacito, occultis artibus adjungere tentavit: conſilium hoc tamen fruſtra fuit. Rhæti enim in fide erga Vitellium perſtitere. teſtes, duo propugnacula extructa, in ejus honorẽ, in Engadina inferiori Vitelliana (*Fetzel*) ipſius nempe nomine inſignita fuere: quæ Veſpaſiani partes ſequentes, occupata Verona, ſibi magno adjumento exiſtimarunt. ac enim ſe obſtruxiſſe aditum, per Rhætiam & Julias alpes, ſibi perſuaſerunt.

Vitellio occiſo, Rhæti, cum reliqua Repub. in Veſpaſiani poteſtate fuit, & in fide illius, Germanico bello, quod Civilis Batavus Dux rebellionem & arma in Romanos meditans tandem movit, perſtitit. quo Sextilius Felix, Romanis ad Rhenum ſubſidia adducens, ex Norico, cum auxiliaris cohortibus, per Rhætiam iter fecit.

Poſt multos, Hadrianus, anno Domini 119. Imperator factus, pleraque, uti doctiſſimus, & qui omnes ſui Imperii provincias incognitus ipſe peragravit, in Imperii conſtitutione novavit: quæ, paucis à Conſtantino immutatis, inde uſq; perſeverarunt. Et poſthac, Rhætias plurali numero ab auctoribus, ante nunquã, appellatas, animadvertit Velſerus noſter. Proinde duæ, *Prima* nempe, & *Secunda*, ſub ſingulis Præſidibus, ſingulæ rectæ. Primæ Præſes, in caſtris duobus,

Victor in Epit. & Auctor lib. notit. ...

Marſoilà *(Mars in oculis)* & Spinoilà, *(Spina in oculis)* unde poſtea in proximo planitiei ſitu civitas Curienſis initia ſua habuit, reſedit: Secundæ verò, Auguſtæ Vindelicorum ſedem habuit.

Res militaris ab uno procurata fuit in utráq; Rhætia: qui primo Comes rei militaris; (ut in actis Martyr. dd. Juſtini & Jovitæ, ſub Adriano Imperatore, mentio fit Italici Comitis utriusque Rhætiæ:) poſtea, Rhætici limitis Dux dictus eſt. Hic ſub Magiſtri peditum diſpoſitione erat: & inter duodecim duces, quos Romani verſus Occidentem habebant, numerabatur.

Fiſcus à Procuratore, ex Rationalium claſſe, ſeu theſaurorum Præpoſito, qui Comiti Sacrarum largitionum rationes reddebat, adminiſtrabatur.

Hactenus Imperium Romanum, unum ſolum Imperatorem habuit. Anno autem 163. Marcus Aurelius Antoninus Philoſophus, & Lucius Verus, (hos alii fratres: nos ſocerum & generum vocamus) illud conjunctim inivere. Sub his fieri poteſt, ut Q. Cæcilius Ciſiacus Septicius Pica Cæcilianus, Rhætiarum Prolegatus, Auguſtorum Procurator fuerit: quemadmodũ ex iſto monumento cognoſcitur, quod Veronæ legitur, in templo S. Floriani.

Q. CAECILIO. CISIACO.
SEPTICIO. PICAE.
CAECILIANO.
PROCUR. AUGUSTOR. ET. PROLEG.
PROVINCIAE. RHAETIAE. ET. VINDELIC.
ET. VALLIS. POENIN.
AUGURI. FLAMINI. DIVI. AUG.
ET. ROMAE.
C. VIBONIUS. L. F.
POL. ASPER.
[illegible]

Cùm Catti in Rhætiam irrupiſſent: contra eos Aufidius

Fidius Victorinus, vir Senatorii ordinis præcipuus, Marcique condiſcipulus, miſſus eſt: prout apud Capitolinum legimus. Cap. M. Ant.

Idem Marcus, L. Vero genero, anno 171. mortuo, ſolus Imperii habenas adminiſtravit: & cum Barbari provinciam denuo incurſirent, P. Helvium Pertinacem, (qui deinde Commodo in Imperio ſucceſſit) Prætoriis auctum honoribus, cum legione primâ ſubmiſit. Is confeſtim Rhætias & Noricum ab hoſtibus vindicavit. Animadvertens autem prudens Imperator Marcus, Allemannos ſeu Germanos, (hos Aſinius Quadratus, qui eorũ res cum curâ, teſtibus Agathiâ & Strabone, ſcripſit, non unam gentem eſſe, ſed ex multis confectam promiſcuamque, memoriæ mandavit: idq; ex ipſo nomine intelligi voluit: quaſi Allemanni, ſint *Allerleymann*, i. e. omnis generis homines, & præcipuæ Germaniæ gentes proculdubio, uno veluti fœdere animoq; conjunctæ, in Romanos fines invaſêre. Germaniæ nomen autem, à *Gerre* vel *Guerre* & *Mann*, q.d. belli virum, deductum volunt, excellentioribusq; tributum) Rhætis & Norico magis inhiare: populationibusque prohibendis, non ſufficere auxilia, per præſidia diſpoſita: nec vicinarum provinciarum copias, in tempore poſſe adeſſe: novas itaq; legiones inſtituit duas: ſecundam nempe in Norico, & tertiã Italicam, quæ in Rhætiis ſtativa haberet: ut prodidit Dio. *Dio lib. 15.*

Sub hoc noſtro Marco Antonino Imperatore, anno Chriſti 176. Eleutherio Pontifice Soteri ſubrogato; vel, ut alii volunt, anno 179. Lucius, Britannicus Rex, Coilli filius, Marii nepos, Arviragi pronepos, ardenti zelo Chriſtianæ propagandæ fidei, regnum Britanniæ reliquit, & magna terrarũ ſpatia obiit: eiq;

occaſione ad Bavaros venit: indè in Vindelicium Rhæticam ac Auguſtam migravit. ubi de religione differentis fidem multi habuere: qui antea Solem, Lunam, Ignem, Terram, Martem, Mercurium, quem [illegible] Maium, Ciſam, Herculem, aliosque Deos, & numina vana, ut reliqui Rhæti & Germaniæ populi, ſuperſtitioſè adoraverant. Cives vero reliqui, odio Chriſtiani nominis, hoſpitem in convitiis primo, deinde lapidibus petere, in puteum demum, male mulctatum, deturbarunt: unde piorum auxilio ægrè ſemianimis extractus, in Alpinam noſtram Rhætiam conceſſit: & aliquandiu ſe in confinibus Rucantiorum & Elvetiorum, in deſerto loco, continuit. indè locus ille, Clivus Divi Lucii (*Sanct Lucii Steig*) etiam nunc dicitur. quo deinde ſuperato, ad caſtrum Curvantiorum venit, cum ſorore ſua Emerita: & ibidem, ubi Romanus Procurator in caſtris Spinoli & Marioli reſidebat, diſtanti forte 1000. paſſuum, cryptam quandam & ſpeluncam, (*Sanct Lucii Löchlin*) quæ nomen abinde retinuit, pro habitatione elegit. Interim cum in annunciando Evangelio, ut & ſoror, quæ Trimontii degebat, (pagus ille 4000. paſſus à crypta Divi Lucii diſtat) ſolliciti eſſent: Mox à Procuratore Romano, & incolis comprehenſi, martyrio coronati. D. Lucius quidē, in caſtro Marioli; Emerita autem ſoror ejus, Trimontii, donantur. Et quoniam Martyrum ſanguis irrigat Eccleſiam, eorum quoque uberrimos (Laus Deo) fructus produxit. Gens etenim hæc agreſtis, pauca de Chriſto, & verà religione antè audierat. Quam, ut aliis, ex verbis Juſtini, Philoſophi Chriſtiani, & Martyris, in colloquio cum Tryphone habito temporibus Antonini Pii, qui imperare cœpit anno Chriſti 140. & huncce noſtrum pro-

proximè præceſſit, conjicere velint, jam tùm per Rhætias Evangelium innotuiſſe. Ait enim: *Ne una quidem natio, vel Græca, vel Barbara, vel quocunq; tandem cenſeda vocabulis, nec hi quidem, qui pro domibus plauſtris utuntur ac tentoriis, [illegible], tam aliena eſt à Jesu Christi [illegible] nomine, ut nec preces, nec gratiarum actiones, [illegible] ad omniũ patrem conditoremq;.*

Annus autem Christi 195. tres Impp. vidit; P. Helvicum Pertinacem, M. Didium Julianum, (ſed hunc paucorum menſium) & L. Septimium Severum, qui multis annis imperavit: eique Rhætia in imperio adipiſcendo, teſte Herodiano, favit: quam proinde viciſſim & publicè & privatim honoravit. Ex privatis, amicum ſingularem, & magnæ auctoritatis virũ, apud milites ibi habuit, Ap. Claudium Lateranum: ut patet ex inſcriptione ſequenti, Anno Christi 195. facta: quæ in ædibus Peutingerorum, Auguſtæ Vindelicorum, in lapide legitur.

MERCURIO.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
LEG. AUG. PR. PR.
LEG. PER. ITAL.
V. S. L. M.

Publicè autem, Severus Imp. & ejus duo filii Antonini, inſignes provinciæ commodo, vias & pontes, Anno [illegible] (alii 203.) per Rhætiam reſtituerunt: lapidesq; diſtributim erexere, quorum quiſq; altitud. 8. ped. & mille paſs. diſtantiâ ab altero ſedebat. Horum unius inſcriptionem Vilthemii exiſtentis, miliarium, apponimus.

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS
SEVERUS. PIUS. PERTINAX.
AUG. ARAB. ADIABEN. PAR-
THIC. MAXIM. TRIB. POT. VIIII.
IMP. XII. COS. II. P. P. PROCOS. ET. IMP.
CAES. M. AURELIUS. ANTONINUS.
PIUS. AUG. TRIB. POT. IIII. PROCOS.
ET. IMP. P. SEPTIMIUS. GETA.
ANTONINUS. VIAS. ET. PONTES.
REST. AB. AUG. M. P. CX.

Anno 224. M. Aurelius Severus Alexander, Imperii habenas cepit: qui etiam primus inter Impp. cum aliis Diis, Christum, cujus imaginẽ aſſervabat, coluit. Sub ipſo Germani, transgreſſi Danubium & Rhenum, fines Romani Imperii turbavere: nec Rhætia ab eorum vexationibus immunis manſit. Et Imperator quidem cum auxiliis præſto fuit: ſed cum ad Rhenum veniſſet, a tumultuariæ militum manu occiſus eſt.

Anno 246. M. Julius Philippus pater, cum filio Philippo Saturnino, imperium adminiſtravit. Sub his, Rhetiæ Procuratorem fuiſſe Titum Varium Clementem, ex quatuor inſcriptionibus, ejusdem fermè formæ, in diverſis locis, nempe Graici, Claudiæ, Celejæ, in agro Valeriæ, & Pætovione, repertis concludimus: quarum ultimam, inſtar omnium, apponimus.

T. VARIO CLEMENTI
PROC. PROVINCIARUM
BELGICAE. GERMAN. SUPERIORIS.
GERMAN. INFERIORIS. RAETIAE.
MAURETAN. CAESARIENS. LUSITANIAE.
CILICIAE. PRAEF. EQ. ALAE. BRITAN-
NIAE. MILLIAR. PRAEF. AUXILIOR.
IN. MAURETANIAM. TINGITANAM.
EX. HISPAN. MISSOR. PRAEF. EQ.
ALAE. PANNONIOR. TRIB. MIL. LEG. XXX. V.
PRAEF. COH. II. GALLORUM. MACEDONICAE.
CIVES. TREVERI.
EX. ITALIA. ET. ALIIS. PROVINC.
IN. RAETIA. CONSISTENTES.

Anno 255. Rhætia Romano orbi Imperatorem, Publium

bium Aurelium Licinium Valerianum, Colobium di-
ctum, dedit: ut ex Oroſio, Eutropio & Euſebio patet. *Oroſ. lib. 7. cap. 22.*
Is enim, in Rhetia & Norico agens, ab exercitu Impe- *Eutrop. l. 9.*
rator, & mox Auguſtus, eſt factus. Senatus interim *Euſeb. in Chron.*
Gallienum, Valeriani filium Cæſarem primo, & ſtatim
Auguſtum, dixit: cujus initia laudata, exitus vero fœ-
dus fuit. Pater Valerianus, anno 262. a Sapore Perſa-
rum Rege captus, & ipſi loco ſcamni in aſcendendo
equo ſervire coactus, triginta Tyrannis Imperiũ inva-
dendi occaſionẽ dedit. Inde Barbari quinq; proximas
provincias populati ſunt: Germani, ut in Oroſio legi- *Oroſ. ibid.*
mus, Alpibus Rhætiæ, totaq; Italia penetratã, Raven-
nam uſq; pervenerunt. Rhætiam autẽ defenſam pu-
tamus, præſidio legionis tertiæ Italicæ: ſive a Fulvio
Bojo; quem Rhætici limitis ducem fuiſſe, Marco Au-
relio Memmio Fuſco Cõſule, anno nempe Chriſti 261.
ex Vopiſco ſcimus; ſive ab Aureolo, ex triginta Ty-
rannis uno: quem Victor, in hiſtoria, prodidit Impe-
rium contra Gallienum ſumpſiſſe: Anno Domini 269.
M. Aur. Flavius Claud. quadraginta millia Alleman-
norum, apud Benacum, in Italiæ finibus, (teſte Euſeb.
in Chron. & Aur. Vict. in Epit. qui numerum non ad-
didit) interfeciſſe dicitur.

Anno 271. Aurelianus Imperium adeptus eſt. Hic
etiam Rhætiam & Vindelicium, ab Allemannorum in-
curſionibus liberavit; & in extremis ad Iſtrum parti-
bus, conſerto prælio, multa Barbarorum millia dele-
vit: ut Vopiſcus & Zoſimus atteſtantur. Marcomanni *Vopiſc. in Aurel.*
interim ab uno latere, dum alterum defendit, in Ita-
liam irrumpunt, omniaq; circa Mediolanum vaſtant.
Zoſimus etiam addit, Aurelianum Rhæticis auxiliis, *Zoſim. l. 1.*
adverſus Zenobiam, uſum fuiſſe.

Anno

Anno 279. Floriano, eoq; ipſo paulo poſt, Probus, Imp. dictus. Hic etiam Rhætiam à Barbaris laceſſitam defendit: &, ut Vopiſcus ait, Rhætias ſic pacatas reliquit, ut illic ne ſuſpicionem quidem ullius terroris relinqueret. Saturninum, Proculum & Bonoſum Romanum Imperium affectatores, extinxit. Hic Bonoſus aliquando Rhætici limitis dux fuit: & (ſi id ſcire intereſt) bibit, quantum hominum nemo.

Vopiſc. in Prob.

Mox Maximianus à Diocletiano Chriſtianorum hoſte ſæviſſimo, inter annos, Collega aſcitus: & Occidens ei demandatus fuit. Ea occaſio fuit, ut Allemannos, perpetuos Rhætiæ hoſtes, in propriis ſedibus aggrederetur, &, capto eorum Rege, ac vaſtatis agris, vinceret: ut produnt Panegyrici ſcriptores.

Sub Diocletiano, & eius Procuratore Rhætiæ, Gajo, D. Afra, cum matre Hilaria, tribus ancillis & patruo Afro, ac viginti quinq; aliis pyſſimis, Martyrium, ob Chriſti nomen, Auguſtæ Vindelicorum, ſubiere.

Anno 304. Diocletiano & Maximiano abdicatis, Imperium in Conſtantium & Galerium eſt translatum: & Conſtantio Italia, ubi utraque Rhætia, obtigit. His temporibus, Romanis in vincendis Allemannis ad Vindoniſſam, & Francis in Lingonibus, Rhæti profuere.

Conſtantinus, ob pietatem & geſtorum gloriam, Magnus cognominatus, Conſtantiiq; filius, patri ſucceſſit, Anno 306. Urbem Romam à Maxentio liberavit: &, dum exercitum cogit, Auguſtæ Vindelicorum commoratus, (ut manuſcriptus liber prodidit) Chriſtianis leges Reipub. ſuas dedit. Fatis functus eſt anno 337. Tres filij hæredes [illegible], maximus natu, Conſtantinus, Galliæ, Hiſpaniæ & Britanniæ imperavit:

ravit: medius, Conſtantius, Aſiæ & Orienti: minimus, Conſtans, Italiæ, Africæ & Illyrico. In hujus ergo poteſtate Rhætia fuit. Fratrum vero concordia non diu duravit. Conſtantinus enim, fidem labefactans, fratris Conſtantis provincias aggreſſus eſt: ſed prope Aquilejam cæſus fuit. cui pugnæ Rhætorum equitatus interfuit. Et, Magnetii fraude, vita & imperio, paulò poſt, Conſtans exutus eſt: qui Magnetius Africa, Galliæ, Italiæ, & Rhætiæ etiam, juſſa dedit. Anno autem 353. à Conſtantio Magnetius magnis prælijs victus, tyrannidi, quam ſceleratè invaſerat, fœdâ morte finem impoſuit: & ad Conſtantium totius Reipub. cura fuit devoluta, quæ Allemannorum excurſionibus miſerè affligebatur. Hi latè per ea florentes tempora, à Mœno puta flumine ad Guntienſem uſq; trajectum, Rheni Danubiique ripas prætexentes, Romanis provinciis imminebant. Quumque Gundomadus & Vandomarius, illorum Reges, proximas vaſtaſſent Gallias, Anno 354. obviam his profecto Imperatore, pacem componere non detrectabant. paulò tamen poſt, Lentienſes pagi (partem Allemannorū eam eſſe, ex Ammiano Marcellino, quem in hac hiſtoria ſequimur, ſcimus) Romanis denuò perruptis limitibus, Rhætias populati ſunt. Qua injuria excitus Conſtantius, in campos Caninos cum exercitu progreſſus, indeq; Arbetionem, Magiſtrum Equitum, cum validiſſima exercitus parte attributa, ad lacus Brigantini legendam oram, præmiſit: qui non exploratis hoſtium conſiliis, profectus, mox in paratas inſidias incidit: ut magno militum numero, & decem deſideratis Tribunis, vix ipſe, opacæ noctis beneficio, evaderet. Allemanni, ſublatis fauſto principio animis, Romana caſtra indies

Amm. Marcell. lib. 15. & 16.

licentiùs inſultare, ſtrictisq; in conſpectu gladiis, minas impunè jactare non deſiſtebant. Tum motis rei inſaniâ Scutarii, omnium primùm temerè palantes aggreſſi, aliquot ſupervenientium auxilio in manifeſtam pugnam vertere. reliquus inde exercitus, caſtris effuſus, victoriæ paucorum virtute partæ, inſiſtit, & ſtragem eâ die ingentem edidit. Neq; Allemanni fortunam ulterius tentare ſunt auſi. Conſtantius itaque lætus, ovansq; Mediolanum, in hyberna rediit. At pervicax, quietisque impatiens hoſtis, provinciam, anno 356. infeſtus repetit. Imperator, Romæ agens, aſſiduis nuntiis & certis indicantibus, Suevos Rhætias incurſare, terrebatur.

Anno 358. novi Barbarorū motus erupere. Juthungi, (ut idem Ammianus ſcribit) Allemannorum pars Italicis conterminans tractibus, obliti pacis & fœderum, quæ adepti erant obſecrando, Rhætias turbulente vaſtabant adeo etiam, ut oppidorū tentarent præſidia, præter ſolitum. Ad quos repellendos, cum valida manu, Barbatio, in locum Sylvani, peditum promotus Magiſter, ignavus, ſed verbis effuſior, alacritate militum vehementer erectâ, proſtravit acerrimè multos; ita ut exigua portio, quæ periculi metu ſe fugæ dederat, ægrè dilapſa, res ſuas non ſine lachrymis reviſeret, ac lamentis. Huic pugnæ Nevitta, poſtea Conſul, Equeſtri præpoſitus turmæ, & affuiſſe, & fortiter feciſſe, memoratur.

Anno 360. Julianus Apoſtata, & Domini noſtri Jeſu Chriſti hoſtis, à militibus Pariſiis Auguſtus appellatur. Anno ſequente, Allemanni, à Vadomario pago vaſtare confinia Rhætiæ tractus exorſi, Rege capto à Romanis, ſimulatione amicitiæ, pacem pepigere, firmam

Ammian. lib. 17.

mam caramque habituros polliciti. Julianus deinde, ætate jam provectâ, e Rauracis, contra Conſtantium in Oriente agentem movit: & Magiſter Equitum, Nevitta, per Rhætiam profectus eſt: ut ex eodem Ammiano habemus. *Ammian. lib. 21.*

Joviano, qui Julianum (juſto Dei judicio fulmine tactum) ſecutus fuerat, ſucceſſit Anno 364. Valentinianus Imp. qui Valentem fratrem allegit: eique Oriente attributo, ſibi Occidentem retinuit: Mamertinum Præfectum Prætorio, Italiæ, Africæ & Illyrico, proinde etiam Rhætiis, præfecit. Variæ, per ea tempora, Barbarorum gentes, veluti claſſico excitæ, (ait Marcellinus) procacius præruptis quæque limitibus, ſe Romanis ſuperfudêre provinciis: & Allemanni Gallias Rhætiasq; ſimul populabantur. Anno vero poſtero, acrius eorum exarſere iræ: quod eorum Legati ab Imperatore non ſolita munera retulerint. Hujus cauſâ Urſacius, Officiorum Magiſter, homo aſper, impotens & iracundus, verborum inſuper contumelias addiderat. Quas injurias gens, bello innutrita, armis vindicare ſtatuit, Gallico Rhæticoq; bello decreto. Quomodo expeditio in Rhætias ceciderit, nullis, quæ ad noſtram memoriam duraverint, literis conſignatum. Gallicæ is fuit exitus: ut Barbaros, prædâ & ſecundis aliquot prœliis exultantes, demum Jovianus, Equitum Magiſter, primo & ſecundo imparatos, tertio paratos, aggreſſus, plurimis occiſis, in fugam verteret: Regem milites captum, Ducis injuſſu, patibulo ſuffigerent. *Ammian. l. 26. & 27.*

Anno 367. Gratianus, Valentiniani filius, Cæſar Auguſtus à patre appellatus, & Valentinianus, anno ſequenti, bello Allemannico ingenti apparatu ſuſcepto, Rhenum unà cum filio trajecit: & regione latè

vitata, ad Solicinium, pugnâ difficili, & diu ancipiti, *Amm. Marcell. lib. 30.* victoriam conſecutus eſt: quâ, ſi Marcellino fides habenda, univerſam gentem delere potuit, niſi paucos aliquot, noctis tenebræ, per fugam abſtuliſſent. Imperator verò prudens & cautus, edoctus præteriti temporis experimentis, Barbaris quidem facultatem & vires deeſſe poſſe; voluntatem animoſque invadendi Romanas provincias ſuper futuros: neq; ſperandum, ut iis cohibendis fœderum religio, & jurisjurandi reverentia ſufficiat; magna animo concipiens, & utilia, *Idem lib. 28.* Rhenum omnem, à Rhætiarum exordio, aduſq; fretalem Oceanum, magnis molibus communiebat.

Anno 370. Valentinianus Burgundiones in Allemannos excivit: inter quos jamdudum, propter confinia, & ſalis commercium, inimicitia orta: neq; tamen illis, quod pollicitus, auxilio in tempore fuit. Interim Allemannos, gentis antedictæ metu diſperſos, aggreſſus per Rhætias Theodoſius, eâ tēpeſtate Magiſter Equitum, pluribus cæſis, quoſcunq; cepit, ad Italiam juſſu Principis miſit: ubi fertilibus acceptis, tributarii circumcolunt Padum. Clades ad Nicrum illata creditur. Cum tamen quotidie adhuc Imperio Romano negotium facerent Allemanni, à partibus Galliæ; nec alii, nec vi illos opprimere valeret: amicitiâ & fœdere hos ſibi jungit: aliquos aulæ aſciſcit ſuæ, & militiaribus muneribus honorat. Cum Macriano omnium ferociſſimo, Anno 374. pacem init: &, ut omnia tuta redderet, magnum numerum juvenum ad militiam conſcribit, partim ex Allemannis ultra-Rhenanis: partim verò ex populis Imperio Romano ſubjectis. Hi in cohortes certas diſtributi, & ad tuenda confinia Imperii aſciti, quotidie ſe in functione militari exercebant.

Inter

Inter hos, Rhætos fuiſſe, nemini dubium: cùm auxilia ſua promptè contribuerent, & naturâ bellicoſi eſſent. Extat Moguntiaci, in cœmiterio S. Petri, in lapide, his temporibus, Inſcriptio facta militi Rhætorum cohortis, ex familiâ Montanorum nato: qui adhuc virtute & eximiâ nobilitate, in hodierna Rhætia, vigent.

ATTIO. LANI. F.
MONTANUS.
ANNORUM. XLV.
MIL. COH. RAITORUM.
STIP. XIX.
H. S. E.

Alia huius familiæ monumenta, in ædibus Peutingerorum, Auguſtæ Vindelicorum, reſervantur.

.... ARINI. MONTANI.
EX. 7. VET. POMPEIUS.
SALTUINUS. HERES.
FACIENDUM. CURA.
ET. SE. .... N.

Anno 377. Gratiano cum Valentiniano minore fratre imperante, Lentienſis Allemannicus populus, tractibus Rhætiarum confinis, per fallaces diſcurſus, violato fœdere dudum concepto, colliminia populatione turbavit, fiduciâ inflatus, quod Gratianum Valenti patruo, auxilio in Orientem profecturum, intellexiſſet. Anno enim ſequente, Lentienſium & reliquorum pagorum, Rheno per menſem Februar. glacie ſtrato, quadraginta millia in Galliam trajecère. Gratianus, collectis copiis, ad Argentariam eos memorabili prælio vicit: interfecto Priario, eorum Rege. Mox Thraciam petiturus, per Rhætiam amplam tendit; & ad Arborem felicem, Brigantini lacus

oram, venit. Valens, eo non exſpectato, cum Gothis congreſſus, miſerè periit.

Anno 379. cum ſolus impar fulciendis ruinis collabentis regni, & fratris Valentiniani ætas, tantis curis minus idonea eſſet: Theodoſium, cujus ingentes togatæ atq; armatæ eminebant virtutes, in Valentis locum ſubſtituit. Ipſemet incredibili celeritate, per Illyricum, Venetiam, & inſuper alpes Rhætiæ (ut eſt apud Auſonium) ſe in Galliam recepit; Allemannis, pro more turbantibus, obviam iturus. His temporibus Illyrici & Rhætiæ ſtatus pluribus oneribus obtritus fuit: ut patet ex epiſtola Gratiani, Valentiniani & Theodoſii Imppp. ad Hypatium, Præfectum Prætorio. Sed Deus Opt. Max. temporibus Valentiniani, in propagatione fidei Chriſtianæ, eam reſpexit: & tunc Epiſcopatus Curienſis, ut ſuo loco dicetur, fundatus fuit.

Annus Domini 38[illegible], feraciſſimus fuit, & proximè

D. Ambroſ. Reſp. Symm. relat. & ep. 27.

Solin. c. 16.

præteritorum aliquot ſterilitatem compenſavit, tum alibi; tum præſertim in Rhætia: ut ex D. Ambroſio & Solino patet. Sed idem Barbaros allexit: quibus Valentinianus, prudenti [illegible] conſilio, Hunnos & Alanos oppoſuit. Hæ Allemannorum incurſiones, fraude cujuſdam Maximi excitatæ: ut patet ex S. Ambroſii verbis ad eundē: *Tu fecisti [illegible] Rhætiam [illegible]*

Theodoſius initio Anni 395. obiit: & ejus voluntate, Honorius, filius major natu, Occidentem, Arcadius, Orientem regendum accepit: nomine quidem tenus, ut ait *Zoſimus*: re autem verâ Occidens in Stiliconis, Oriens Rufini fuit arbitrio. Per ea tempora Stilico, fœdera cum trans-Rhenanis Barbaris icturus, iter fecit per Rhætiam: uti ex Claudiano ad Honorium cognoſcimus.

Claud. de 4 Conſ. Honorii.

Hunc

Hunc tamen in primis populos lenire feroces,
Et Rhenum pacare jubes. Volat ille citatis
Vectus equis, nullaq́; latus ſtipante catervâ,
Aſpera nubiferas quà Rhætia porrigit alpes
Pergit, & hoſtiles (tanta eſt fiducia) ripas
Incomitatus adit. ---------------------

Et paulo poſt:

-------------- *Juratur Honorius abſens;*
Imploratq́; tuum ſupplex Alemannia nomen.

Annus verò 400. Gothorum, Alarico duce, in Italiam irruptione memorabilis, Rhætiæ nonminus bellorum motibus infeſtus fuit. quod Claudianus oſtendit de bello Getico:

------- *Perfidiâ nacti penetrabile tempus,*
Irrupere Getæ, noſtras dum Rhætia vires
Occupat, atq; alio deſudant Marte cohortes.

Conſuetos hoſtes Allemannos provinciam vaſtaſſe, credibile eſt: quibus ſe Vandali junxere. Inde Claudianus iterum:

Accurrit vicina manus, quam Rhætia nuper
Vandalicis auctam ſpoliis defenſa probavit.

Stilico, Allemannorum motus pacaturus, per Rhętiam rurſum proficiſci habuit. Non pigebit hic verſus adſcribere, quibus Claudianus, occaſionem nactus, regionis ſitum elegãter ob oculos poſuit: & partem primò, quæ Germaniæ magnæ obſervatur.

------------------ *Sublimis in Arcton*
Prominet, Hercyniæ confinis Rhætia ſylvæ,
Quæ ſe Danubii jactat Rheniq́; parentem:
Utraq; Romuleo prætendens flumina regno.

Alteram deinde alpinam, quæ veterem Italiam reſpicit.

Sed latus, Heſperiæ quà Rhætiæ jungitur ora,
Præruptis ferit aſtra jugis, panditq́; tremendam
Vix æſtate viam: multi ceu Gorgone viſâ
Obriguêre gelu: multos hauſêre profundæ
Vaſta mole nives: cumq́; ipſis ſæpe juvencis
Naufraga candenti merguntur plauſtra barathro.
Interdum ſubitam glacie labente ruinam
Mons dedit, & tepidis fundamina ſubruit auſtris,
Pendenti malefida ſolo. ---------------

Anno 402. Alaricus, adverſis prœliis fatigatus, belli reliquias ex Italiâ, ultra alpes, in Rhętiam, aut Galliam, transferre cogitavit: ut innuit idem Poëta,

-------- *Occulto tentabat tramite montis,*
Si qua per ſcopulos ſubitæ exquirere poſſet
In Rhætos Galloſq́; vias. ---------------

Verùm Stiliconis conſiliis excluſus, & in Illyricum, unde venerat, pedem referre coactus, Rhætiam turbine & procellis tempeſtatis jam impendentis, liberavit.

Mox diverſis Imperatoribus, in diverſis locis, nominatis, varii etiam motus fuêre. Rhætia autem ebullientibus bellorum motibus, altâ & ſecurâ quiete, ſub Generido, homine barbaro, & vanâ Deorum ſuperſtitione imbuto, perfruebatur. Hunc Honorius, ut Zoſimus ait, diverſarum provinciarum militibus, & Rhætis etiam, qui uſq; ad alpes in præſidiis erant, ducem præfecit.

Anno 451. Attila, Hunnorum Rex, maximum & apparatiſſimum in Galliam exercitum duxit. Ex Pannoniâ movit: ſed an per Germaniam magnam, an per Romanas provincias, Noricum & Rhætiam, iter tenuerit, inter auctores parum convenit. Conjectamus autem,

Alle-

Allemannos occaſione uſos, ſub ejus tranſitu, in Rhætiã primo aliquid occupaſſe.

Leo, Imperator anno 457. factus, Majoranum, à Martiano antea deſtinatũ, ut ex Jornande colligimus, Occidentis Imperatorem dixit. Quoniam autem, Avito a Ricmero abdicare coacto, in Italiâ interregnum erat: hanc ſuis cupiditatibus feneſtram Allemanni apertam rati, provinciam, cui animo ſemper inhiabant, taciti dolis aggreſſi ſunt. Unde Sidonius Apollinaris: Sidon. Majoran. Paneg.

------------------- Conſcenderat alpes,
Rhætorumq; jugo per longa ſilentia ductus,
Romano exierat populato trux Alemannus
Perq; Canini quondam dictos de nomine campos,
In prædam centum novies dimiſerat hoſtes

Sed a Burtone, quem Majoranus ante ſumptam purpuram, militum adhuc Magiſter, obviam miſerat, repreſſos, & in fugam actos fuiſſe, ex iiſdem verſibus Sidonii ad Majoranum, cognoſcimus. Allemannos nihilominus ex illo jam tempore, Romanis invitis, in alpium parte reſediſſe, & pervias illas ſibi feciſſe, Jornandes indicat. Et ſic multa, à primâ & ſecunda Rhætia avulſa fuere.

Anno 476. Odoacer Rugus, Turcilingorum, Scyrorum, Herulorumque inſtructus copiis, Momyllum Auguſtulum imperio exauthorato, ipſe primus Italiæ Rex appellatus. Quo nomine Rhætias quoq;, quæ Romanis adhuc paruerant, receſſiſſe intelligimus. Nam Theodoricus Oſtrogothus, Theodemiro ex Amalâ gente patre, & matre Erelievâ natus, ejus poſtmodum ſucceſſor, harum etiam poſſeſſionem adiit. Gothorum prima ſedes ad Viſtulæ oſtia fuit. Patriis hi ſedibus relictis, primum verſus Orientem brumalem, ad Mæo-

tim lacum; inde vero regreſſi, versùs Occidentem brumalem, ad Boryſthenem & Pontum, Getarumque illic fines, venerunt, & ibi conſederũt: gente earum in duas partes diſtincta. qui ad Orientem versus Pontum, Oſtrogotthi; alteri, in Occidentem ac Germaniam, Visgotthi vocati: utriq; poſtea per Thraciam & Illyrium, in Italiam, Galliam, Hiſpaniam & Bithiniam, ac conterminas regiones irruperunt.)

Allemanni ſub eos dies, Rhæticis Noricisq; populationibus minùs ſaturati, cùm Italiæ partem pervaſiſſent: à Childerico, Francorum Rege, & Odoacre, ſive Rugo, ſive Saxonũ quondam Regulo, (Gregorio Turonenſi teſte) victi ſunt. Theodoricus autẽ anno 489. Italiam, Zenonis auſpiciis, aggreſſus, Odoacrem quatuor pręliis vicit. Itaq; Imperium Italiæ Odoacer cum Theodorico communicat: ſed mox, collegæ inſidiis oppreſſus, fatis ceſſit.

Anno 495. venit Curiam, in Rhætiam primam, Sanctus Fridolinus; qui Regis Scotiæ & Hyberniæ filius erat: & diù fidem Chriſtianam ibidem magno auditorum concurſu annuntiavit: ædificavitque templum Curiæ, in honorem S. Hilarii, Epiſcopi Pictavienſis, apud quem vixerat: tandem Seckingam ſeceſſit.

Anno 499. Clodoveus Francus, Allemannorũ Rege cæſo, gentem, auxilio divino, ad Tolbiacum difficili & cruentâ pugnâ vicit. Theodorico tamen Allemanni, Rhætiam incolentes, ſemper parebant: Clodoveo autem, qui circa Argentoratum erãt. Theodoricus Sueviæ, quæ magna erat Germania, & ab Allemannis occupata, Fridiladum quendam (quem ſecuti, Severinus, Oſus & alii) præfecit. Rhætiis proprius dux datus. quem, cum procuratione rei militaris, juriſdi-

riſdictionem quoque exercuiſſe, ex formulâ Ducatus Rhætiarum, quæ apud Caſſiodorum legitur, comprehendimus. Extat etiã Theodorici ad Servatum, Rhætiarum Ducem, epiſtola.

Caſſiod. vari. lib. 7. ep. 4.
Id. var. lib. 1. ep. 21.

Anno 527. Juſtinianus, ille juris, quo hodiè utimur, conditor, Juſtino avunculo ſucceſſit: & per nobiliſſimos duces, Belliſarium, natione Germanum, & Narſetem Eunuchum, Gotthos tandem vicit.

PALLADIS RHÆTICÆ
LIBER TERTIUS.

DUM bellum inter Juſtinianũ Imp. & Theodatum Oſtrogotthorum Regem, propter malam hujus adminiſtrationem, exardeſceret: Imperator, per nuntios & literas, Francorum Regem pro auxiliis ſollicitat. Idem magnis promiſſis, & pace initâ, Theodatus facit. cui in bello & regno Vitiges ſuccedit: qui Francos iterum, conceſſâ illis eâ parte Galliæ, quæ eſt inter Italiã & Rhodanum, allicit. Hi porrò, ad omnem prolatandi Imperii occaſionem parati, adſunt: ac Theodebertus, Theoderici filius, Clodovei Magni nepos, Francorũ Rex, Anno 549. Italiam ingenti cum exercitu petit. Ita, hoc rerum ſtatu, Rhætia etiam Francico Imperio ſubjecta fuit.

Nomen hoc FRANCORUM primò aliquæ nationes, quæ à proximâ ſede Allemannorum, inter Rhe-

num & Albim ad Oceanũ uſq; habitabant, vſſom [illegible] poſtea ſe latè adeo diffudere: Rhætiam Ducatui Allemanniæ annexere, & inſtar cæterorum ejus [illegible] o-rum texere. Dux nempe præficiebatur, quẽ ſequebatur Præſes: ſub quo Comites, qui eo tempore Judices tantùm, ob venerandam ætatem & aſpectũ (*Grawen*) à canitie dicti, ad beneplacitum Principis erant; non autem hæreditario jure invicem ſuccedebant.

Ex Rhætiæ Inalpinæ Præſidibus primis, quos Francorum Reges dedere, in monumẽtis & antiquitatibus Curienſis Eccleſiæ invenitur, Victor, vir Illuſtris, ex antiquâ nobilitate Hetruſcâ oriundus: cujus, Curiæ in Eccleſiâ Monaſterii S. Lucii, prope magnum altare, marmoreo in lapide, Latinis literis elegantibus, ſed barbare, ut ea ferebant tẽpora, hoc legitur Epitaphiũ.

HIC SUB ISTA LAPIDE
MARMOREA
QUEM VACTOR VER IN
LUSTER PRESES
ORDINABIT VENIRE
DE VENOSTES
HIC REQUIESCIT DOMINUS.

Aliud eidem à Pronepotibus, Victore ſcilicet Epiſcopo Curienſi, & Jactato Præſide Rhætiæ, poſitum legitur Epitaphium, prope ſcalam, quæ in chorum Eccleſiæ S. Lucii ducit.

HIC SUB ISTA LAPI
DEM MARMOREA
QUEM VECTOR
VER ILLUSTER PRESES
ORDINAVIT VENIRE
DE TRIENTO
HIC REQUIESCIT
[illegible]
[illegible]
DOMINI VICTORIS
EPI
ET DOMINI IACTADI.

In nomine filii & ſucceſſoris variant Auctores. alii Jactatum, nos autem, in monumentis Epiſcopatus Curienſis, Vigilium reperimus, qui Comes Brigantinus, & Rhætiæ Curienſis Præſes fuit. Sed & in hujus poſteritate iidem Auctores diſcrepant. nos, eadem auctoritate, quâ diximus, fulti, tres filios, & filiam unam, Caſtoniam nomine, invenimus. Filiorum maximus natu, Paſcalis dictus, Comes Brigantii fuit: & Epiſcopatum Curienſem adeptus, decimus-quartus in ordine reperitur. Uxorem habuit Aeſopeiam, natam ex familia Comitum ab Altâ-Rhætiâ; cujus familiæ hæreditas, maximam partem, ad eam devoluta fuit. & inde potentia Epiſcoporum & liberorum crevit. Hæc eadem etiam, propter functionem Epiſcopalem mariti, Epiſcopia vocata fuit: unde factum, ut viri etiam graves & eruditi, decepti in nomine proprio & officii, diverſas fuiſſe putarint.

Genuit autem ex ea filium unum, Victorem ſecundum, qui patri in Epiſcopatu Curienſi ſucceſſit, & monaſterium nobilium fœminarum, Cazias nominatum, in Valle Domeſticâ ſitum, ut ſuo loco dicemus, anno 76[illegible]. fundavit: filias item duas; Veſpulam, quæ prima Abbatiſſa fuit ejuſdem monaſterii; & alteram, Conventualem ibidem, Urſicinam dictam.

Secundus filius Vigilii Præſidis fuit, Paulus Comes Brigantinus: tertius vero, Zacco, Rhætiæ Curienſis Præſes; cui jam perperam Epiſcoporum uxorem tribuunt. Habuit is filium Jactatum, Rhætiæ Curienſis Præſidem: qui ex uxore Salvia procreavit Vigilium 2. Comitem Brigantii, & decimum-ſextum Epiſcopum Curienſem, atque Victorem 3. Præſidem Rhætiæ Curienſis.

Ita duo hi fratres Rhætiam totam, in temporalibus, & ſpiritualibus, regebant. ſub quorũ regimine, Othomajerus, ex familia Amanſo, natione Suevus, in Collegio Curienſi educatus, & diſcipulus Vigilii Epiſcopi, primus Abbas Sancti Galli factus. (Monachi enim S. Galli, à Valtramo Comite, & Regum Francorum in Duregiâ Præfecto, Abbatem ſibi dari expetierant. hic ergo à Vigilio Epiſcopo, Othomajerum conſanguineum impetravit; & ad Pipinũ, Caroli Martelli filium, miſit: qui eum, ex patris ſentẽtiâ, Abbatẽ creavit. Abinde Monachi regulam S. Benedicti profeſſi ſunt) & poſtea, anno 854. in Sanctorum numerum relatus fuit.

Victor autem Præſes, cum uxore nobiliſſima Theuſida, quatuor filios habuit: Jactatum 2. Brigantii Comitem, Zacconem 2. Rhetiæ Curienſis Preſidem. Tellonem, decimum-ſeptimum Epiſcopum Curienſem; & Vigilium Tribunum, qui poſt mortem fratrum, ſub Marte Francorum Equitum Magiſtro, Præſidem egit.

Sic extincta fuit, morte horum quatuor fratrum, familia, quæ ad tempora Caroli Magni duraverat: eorumq; propinqui & conſanguinei, ad gubernationem Reipub. promoti; qui poſtea, longo temporis ſucceſſu, Magiſtratum geſſerunt: Comites videlicet ab Alta-Rhætia, Amaſii, Montfortii, Brigantii, Sarunetii, Verdenbergici, Tockẽburgici, Barones Rhætii, Bellmontii, Vatii, Saxenſes de flumine; & alii infiniti, præcipuæ nobilitatis Rhæticæ.

Conſiſtoriũ, ſive Judicii provincialis locus, *(Landtgericht)* Ranckuillæ in Eſtionibus erat. Præſidis munus obibant Comites Montfortii. ſexdecim ex Comitum, Baronum, & Nobilium præcipuorum familiis Rhætiæ, aſſeſſores erant.

Tem-

Tempore Clodovei Magni, Francorū Regis, Sanctus Fridolinus, (ut ejus Legenda habet) ſub Balderto Præſide, jus & hæreditatem, ſibi ab Urſo relictam, contra Landolphum Glaronæ Dominum, fratrem Urſi, qui eam ſibi vindicabat, obtinuit. Urſus enim, cōtinuis S. Fridolini precibus excitatus, è ſepulchro prodiens, teſtimonium veritati præbuit.

Supradictis Præſidibus Epiſcopatum Curienſem, cum Præfectura Rhætiæ regentibus: multa in temporalibus, præſertim ea, quæ nunc Fœderis Domus Dei ſunt, (unde Cathedrales dicti ſunt) eidem Epiſcopatui, liberalitate Præſidum, & ipſorum Franciæ Regum munere, ceſsère. atq; hinc inſigne eorumdem, Capricornum, ſucceſſores Epiſcopi retinuerunt.

Sed ad Reges Francorum redeamus. Theodeberto ſucceſſit filius Theodebaldus. hic Gothis, confœderatis ſuis, contra Narſetem Eunuchum, Cæſaris Ducem, Leutherem & Buccellinum fratres, Allemanniæ Duces, auxilio miſit: in quorum exercitu etiam Rhæti, utpote in eorum Ducatu exſiſtentes, fuère. Pugna, utriusq; Ducis morte, infeliciter ceſſit: & Gothi tandem, poſt octodecenne continuum bellum, victi ſunt.

Theodebaldo, abſque liberis extincto, ſucceſsère patrui magni, Clodovei ſcilicet Magni filii; Childebertus, & Clotharius. quibus ſublatis, ad Sigisbertum, Clotharii filium, Ducatus Allemanniæ cum cæteris venit. Sub hujus imperio, anno 568. Longobardi, ex Pannonià, (unde ex antiqua ſede, quæ intra Albim & Oram amnes erat, non ita pridem ſe effuderāt) à Narſete, quem Imperator Juſtinus, cum uxore Sophia, ut eunuchum, irriſoria licentiâ ſpreverāt, acceſſiti, per Iſtriam, Duce Alboino, Italiam invadunt: Medio-

diolanumq;, Bergomum, Comum, & alia vicina Rhætiæ loca, occupant.

Anno 582. Saxones, qui cum Longobardis in Italiam irruperãt, patriam aliqui per Rhætiam repetunt, & plurima damna inferunt; hoſpites, dum aurichalcum pro auro puro expendunt, defraudantes.

Anno 586. Childebertus, Sigisberti filius, Francorum Rex, Longobardos, inſtinctu Imperatoris Mauritii, in Italia aggreditur, ſed muneribus a Gotthis corruptus, re infecta redit.

Sequente anno, iterum inſtigatus, exercitum contra eos movet: ubi Allemanni, & ſub eis Rhæti, caſtra ipſius ſequuntur. Sed propter diſſenſiones inter Francos & Allemannos natas, citò ante diſceſſum fuit.

Interim Autharis, Longobardorum Rex, Inſulam Comacinam in lacu Lario (ubi multi adhuc Imperatori adhærebant: qui, duce Franciléone, cum pretioſioribus ſuis mobilibus eo ſe contulerant) obſidet: &, poſt ſemeſtre ſpatium, eam deditione cepit.

Sic quoq; anno 602. Agilulphus, hujus ſucceſſor, Olonam, in finibus Vallis telinæ, cepit.

Imperator Mauritius iratus, ad tertiam expeditionem Childericum incitat: qui prælio ab Authare vincitur. Vindictæ igitur cupidus, etiam quartam tentat. Sed pacem tandem cum Agilulpho init, anno 591. quę ad tempora uſq; Pipini, Caroli Magni patris, duravit.

Bellis Longobardicis durantibus, a morte nempe Clotharii, Francorum Regis, ad hæc uſque tempora, Allemanniæ, Sueviæ & Rhætiæ, præfuit Leutfridus. cui, perfido in Dominum facto, ſuffectus fuit Uncelinus, anno 590.

Anno 614. temporibus Heraclii Imperatoris, & Theo-

Theodeberti Francorum Regis,initium ſumpſit Monaſterium Diſertinum, in Rhætiâ ſitum, à Sancto Sigisberto, Sancti Columbani diſcipulo; utì fuſiùs ſuo loco indicabimus.

Anno 616. diſſidentibus inter ſe, Theodeberto Rege noſtro,& fratre ipſius Theodorico,Childeberti filiis: Allemanni cum Rhætis domino ſuo, cum auxiliaribus copiis, præſto ſunt: Urſamq; flumen ſuperantes,& in minorem Burgundiam penetrantes, ibidem,ad montem Juraſſum,incolas,qui ſe ſub ducibus Cambeleno & Herpino oppoſuerant, fundunt, totamque regionem depopulantur.

Anno 618. Clotharius 2.Franciæ regnum adeptus, Paterq; Patriæ vocatus, Allemannis & Rhætis Graffrathum,virum prudentiſſimum,Ducem dat.

Idem Clotharius,coadjutorem & ſucceſſorem habet filium Dagobertum, Magnum dictum: ſub quo Rege, & antea, Allemanniæ & Rhætiæ Dux fuit Sigisbertus,Regii ſanguinis Princeps. Huic Dagobertus literas mittit,ex Iſenburg, anno 630. datas: ut ſtrenuo militi, Othoni à Præpoſitis, nobiliſſimo ſanguine ex Fabiâ gente patritiâ oriundo, regioque duci contra Arioaldum Longobardorum Regem,Caſtrum altum Viceprani in Breuualiâ, in alpibus Curienſibus, cum ſuis juribus & pertinentiis,atq; decimas,à Julio monte, uſq; ad oppidum Oſcellam *(Metiolam)* lacus Larii, reſtituat. Ex hac nobiliſſimâ familia, multi adhuc, præſertim in prædictâ Prægalliâ, virtutibus antiquis florent.

Sub eodem Rege Dagoberto,Allemanniæ,Sueviæ & Rhætiæ,præfuit Dux Conzo. In hujus præſentiâ, Johannes, vir pius, ex Rhætiâ Curienſi, Epiſcopus

k

Conſtantienſis factus eſt: quem honorem S. Gallus reſpuens, hunc ſuum diſcipulum promovit.

Variis dehinc diſſenſionibus inter ſucceſſores Dagoberti natis, occaſio Magiſtro Palatii, Pipino Craſſo, data eſt, poſteris ſuis viam ad regnum ſternendi. Allemanniæ igitur, Rhætiæque Dux, factus fuit ejus agnatus, Martinus.

Anno 670. regnante Childerico, Hunni multas regiones, & inter has Rhætiam quoq;, uſq; ad Diſertinum monaſterium, miſerè ferro & igne depopulati; ibiq; tandem à collecto Rhætico exercitu fuſi fuerũt.

Anno *697*. Pipinus contra Gottofridum, Allemanniæ & Rhætiæ Ducem, ſibi adverſantem, bellũ movit: ejusq; exercitus duces, Otovinum & Arionoldum, vicit. ſecundò, eundem Gottofridum rebellantem Ducatu ſpoliavit, Arnholdo in ejus locum ſuffecto.

Pipino ſucceſſit Carolus Martellus filius, Palatii Magiſter: Arnholdum verò Ducem ſecutus eſt Luitfridus, Gottofridi nominati filius.

Anno 723. Carolus Saxones domuit: annoque ſequente, Allemannos, Suevos & Rhætos, ad obedientiam redegit. Aſt horum dux Luitfridus, ſe Bavaris, libertatis ergò, contra Carolum, aſſociat: qui proinde in eos arma, anno 725. movet; & prope nemus Ferlenforſt, Luitfridum vincit & fugat; ejusque locum in Ducatu Bertholdo dat.

Anno 72*6*. Carolus Martellus, jam Galliæ ſupremus Princeps atq; Dux ſalutatus, monaſterium apud Fabarias in Rhætia fundavit; conſilio & precibus Sancti Pyrminii, ex Galliâ oriundi, Abbatis Richenoviæ; qui etiã in novo monaſterio primus Abbas eſt factus. Monachi Ordinis ſunt Sancti Benedicti.

Lo-

Locus celebris factus eſt, propter ſaluberrimas thermas, ibidem propè, in vaſto ac deformi horribiliquc aſpectu antro, Friderici 2. Imperatoris tëmpore, ab Aucupe quodam *(der Vogler)* dicto, ex familiâ Alto-Balconorum nato, dum corvorum ſylveſtrium nidos indagaret, repertas. Has egregie deſcripſit Theophraſtus Paracelſus Medicus: & poſtea carminibus illuſtrarunt, Carolus Paſcalius, Regis Francorum apud Rhætos Legatus; & Johannes Gulerus à Weineck, Eques Auratus.

Anno 730. Luitfridus Dux noſter, Carolo reconciliatus, fortem & fidelem operam cum ſuis, in bello contra Eudonem, Aquitaniæ Ducem, qui Saracenos ſibi aſſociaverat, navavit. Luitfridi filii & ſucceſſores fuêre, Theobaldus, & Vattilo, aliis Odilo dictus.

Carolum Martellum ſequūtur filii, Pipinus, cognomento Brevis, & Carolomannus, cui Allemannia obtigerat. Hic, abdicata adminiſtratione, Monachus factus, Pipino omnia ſua renuntiavit. Iſte, favore Papæ Zachariæ 2. & ignavia Childerici, ultimi Francorum Regis ex ſtirpe Merovæâ, ſceptrum & nomen regium quoq; adipiſcitur.

Anno 754. Pipinus, inſtinctu Stephani 2. Pontificis, magno cum exercitu, (in quo etiã Allemanni & Rhæti, ſub Duce ſuo Marſilio, erant) contra Aiſtulphum, Longobardorũ Regem movet: Papiæ ipſum obſidet, & ad pacem cogit. qua à Longobardo violatâ, anno ſequente iterum contra eum proficiſcitur; plurimis Italiæ oppidis ei ademtis: quæ Papæ poſtea donavit: inde Chriſtianiſſimi titulo decoratus.

A' Pipino etiam Caſtrum in Rhætiâ noſtrâ Alpinâ,

Trimontium altum, conditum fuit: quo poſtea Franci commode uſi ſunt.

Pipino ſucceſſit Carolus, ob geſtorum gloriam Magnus dictus: cui, ſecundis nuptiis, Hildegardis, Hiltebrandi (qui filius Marſilii erat) Allemanniæ & Rhætiæ Ducis filia, conjuncta fuit. Noſtris hic populis, in diverſis bellis, uſus eſt: contra Deſiderium Longobardorum Regem, Saxones item, Bavaros, Saracenos, Aquitanos, Sorabos, Hunnos, Avaros. His in bellis, Geroldus à Puſſoniâ, Caroli Magni affinis, (filius enim erat Hiltebrandi, Ducis noſtri) Cōſiliarius & Vexillarius, cum ſuis Suevis & Rhętis, ita ſe geſſit: ut poſthàc in bellis Imperii primam aciem ducere valerent.

Sed ad Epiſcopos, & Præſides Rhætiæ noſtræ Alpinæ, reflectamus. Carolus, poſt obitum Thellonis, Epiſcopi Curienſis, (qui incidit in annum Domini 784.) Conſtantium, Epiſcopum Curienſem, toti Rhętiæ ſuo nomine Præſidem, cum aliis magnis privilegiis, dedit: uti ex inſtrumento patet, dato x. Cal. Junii, Anno, Chriſto propitio, XVII. regni inluſtris Caroli Francorum Regis, Indictione II. in Civitate Antiſiodorenſi.

Anno 801. Carolus, ad inſtantiam Leonis 3. Pont. Max. Romam proficiſcitur, magno exercitu ſtipatus: in quorum numero erant Suevi & Rhæti: ibidemque in Vaticano, Imp. Romanus à Papa, omnium cum applauſu, coronatur.

Anno 806. Regna ſua inter filios tres diſtribuit. Pipino Rhætia Curienſis, inter alia, obtingit: quo, quarto poſt anno, mortuo, Carolus ipſe eandem iterum adminiſtrat.

Eodem anno 806. regnante Pipino, initium ſumpſit

pſit monaſterium nobilium fœminarū, ad Schennis, in caſtris Rhæticis ſitum; fundatum ab Hunfrido, Comite Rhætiæ & Iſtriæ. Conſtantium Epiſcopum, ſecutus eſt Remigius, Præſes & Epiſcopus 2.

Anno 813. ſub hujus regimine, miſit Carolus M. Volpharium, Epiſcopum Rhemenſem, in Rhætiam Curienſem; ut negotia quædam Imperatoris curaret.

Anno ſequente, Carolus, gloriā ſatur, Aquisgrani fatis ceſſit: quem in Imperio, & Rhætiæ dominatu, ſecutus eſt Ludovicus filius, Pius dictus. Hic, Rhetorum auxiliis uſus eſt, anno 820. & ſequente, contra Lindevitum, Pannoniæ inferioris Regem: quem etiam domuit.

In Epiſcopatu Curienſi, Victor 2. poſt Remigium ſedet: cui diuturnum diſſidium fuit cum Roderico, Comite à Langaro; cujus fines, circa Curiam, à Langaro flumine, ad Rhenum & Criſpaltam montem, ab utrâq; Rheni ripâ, ſe porrigebant. Miſit ergo Ludovicus Imp. Beroldum Epiſcopum Argentinenſem, & Gottfridum Abbatem Gregorianæ Vallis, cum Ruggero Comite: quorum auctoritate factum eſt, ut Rodericus, quæ eripuiſſet, Victori reſtitueret. qua de re inſtrumentū exſtat, Dat. VIII. Cal. Auguſt. Anno propitio Chriſto 825. Imperii XII. Domini N. Ludovici, Indictione III. Actum Strazeburg.

Eodem tempore moritur Victor: cui ſuffectus Verendarius, Ludovico chariſſimus. Hujus temporibus, anno nempe 829. Rhæti, Helvetii, & vicini Alpini populi, duce Guidone Puſterlâ, Marchione Lombardiæ à Ludovico Pio creato, fidelem operam Gregorio IV. Papæ, & urbi Romanæ, navavere, contra Saracenos: qui jam, captâ Siciliâ, Latium petierant; Vaticanum,

& templum Divi Petri, Romæ ceperant, & ſpoliaverant; Urbemque oppugnare volebant. ſed, audito ex Ciſalpina Galliâ copiarum auxiliarium adventu, prædâ onuſti retroceſsere. Ludovicus propterea Alpinos illos immunitatibus donavit.

Verendarius, noſter Epiſcopus, interim Epiſcopatu, & Præfecturâ, à filiis Ludovici Imp. Lothario, Ludovico & Pipino, privatur: dum patrem illi, ob nimia dona, in Carolum filium, ex ſecundo matrimonio genitum, collata, capiunt. Liber autem factus Imperator, Verendarium reſtituit; ipſiq; omnia privilegia in Rhætia, item de parochia & bonis Seleſtadii in Alſatiâ, & aliis, confirmat: ſub dato VI. Idus Januarii, anno propitio Chriſto 834. Imperii XXII. Domini N. Ludovici, Indict. XIV. Aquisgrani.

Temporibus Ludovici Imp. & Verendarii, anno circiter 838. regnabat in Rhætia, infra Langarum & Brigantii, Adelbertus, filius Hunfridi, Comitis Rhætiæ & Iſtriæ: quem Ludovicus prius, anno 822. ad Paſcalem 2. Pontificem Max. legatum miſerat. Contra hunc Adelbertū, aulicus quidam, Rapertus nomine, tantum adulatione ſua apud Imperatorem credulum potuit: ut Imperator eidem Comitatum Rhætiæ, neglecto Adelberto, concederet; quem ille etiam armis Imperatoris expulit. Pulſus Hiſtriam petit, & a fratre Burchardo, ibidē Comite, auxilia obtinet: Rhætiamq; cum exercitu repetit. Ad pugnam cùm deventum eſſet, quæ ad pagum Cicers commiſſa: Rapertus cum ſuis ſuperatus, & in fuga ab equo lethaliter læſus fuit; quem Adelbertus mortuum, Lindaviæ, in cœnobio, ſepeliri curavit.

Ludovico Pio, in Imperio, anno 940. ſucceſſit Lo-

tharius: quem pater etiam coadjutorem jam antè aſſumpſerat. Hic Epiſcopo noſtro Verendario, vectigalia in Curiâ civitate cõfirmavit; & in ſuam tutelam eum ſuſcepit: ut habet inſtrumentum, datum XII. Kal. Februarii, Anno Chriſto propitio 840. IIII. Imperii N. Lotharii Pii Imperatoris in Italia, Indict. IV. Actum in Grundulphi-villâ, palatio regio.

Lothario Imp. negotium faceſſebant duo fratres ipſius, Ludovicus Bavariæ, & Carolus Aquitaniæ Rex, ob inæqualem regnorum diviſionem. Ludovicus, aſſcitis ſibi Francis, Saxonibus, Haſſis, & Sclavis, per Sueviam in Galliam tendit. quibus oppoſuerat Lotharius exercitum in Rhætiâ; ne ille ſe cum Carolo conjungere poſſet. Sed à Ludovico viribus magis potente, prope lacum Brigantinum, anno 841. die 10. menſis Maji, fugatur: ac prædictorum dux, Comes Adelbertus, Rhætiæ Præſes, cum multis aliis, interficitur. Tandem Lotharius, 26. Junii, anni dicti, cum fratribus, in Campis Altiſſiodorenſibus, in Ducatu Burgundiæ, congreditur; &, 100000. utrinq; cæſis, vincitur. Viribus tandem omnes tres exhauſti, pacem anno 843. ineunt, diviſionemq; inſtituunt: qua Ludovico Rhætia noſtra, inter alia, obtigit. Rhætiæ ergo Præſidem ille dedit Adelrychum, Comitis Adelberti nominati filium; Berchimairo autem, Ducatus Sueviç gubernatio conceſſa: qui eam poſtea ſponte, Carolo, Ludovici Regis filio minori, ceſſit.

Anno 869. Ludovicus Rex bellum, contra Vandalos & Sclavos, Imperii Germanici hoſtes & vaſtatores, decernit: ſed morbo præpeditus, Ratisbonæ, filiis tribus negotium cõmittit. Carolus ergo, cum ſuis Rhætis & Suevis, contra Moravos & Sclavos profectus,

ipſos, cum duce ſuo Ratislao, vicit; civitates illorum incendit, & mœnia diruit.

Poſt fata Verendarii, factus fuit Epiſcopus Curienſis, & Rhætiæ Rector, Eſſa, ſeu Heſſo. huic Ludovicus, Rex Franciæ Orientalis, privilegia quædam dedit; & arbitrium patris ſui, Imperatoris Ludovici, inter Epiſcopum & Comitem Rodericum, confirmavit, ſub dato 2. Idus Julii, Anno Chriſto propitio 849. Reg. III. Ludovici Regis, Indict. XII. Et Anno 857. alia eidem ampliora inſuper privilegia conceſſit.

Anno 873. Ludovicus Rex, Forcheimiæ, regna inter filios dividit: ubi Carolo Suevia & Rhætia, inter alia, obtigit.

Anno 875. mortuo Ludovico Imperatore, Lotharii filio, Ludovicus noſter, & Carolus Calvus, fratres, ac demortui Ludovici patrui, uterque imperium ambit. Ludovicus filios, Carolomannum, per Bavariam & Atheſis regionem; Carolum vero, per Sueviam & Rhætiam, cum exercitu in Italiam mittit: ipſe, cum filio Ludovico, Francos Occidentales petit; ut fratrem Carolum ex Italiâ revocaret. Imperium Romanum tandem, per mortem Ludovici ſupervenientem, penes Carolum Calvum remanſit.

Sequitur in ordine Rotharius Epiſcopus: qui cum Carolo Craſſo, Rege Francorum, tunc Ludovici Germanici filio, bona, quæ Epiſcopatus in Alſatiâ habuit, permutavit; receptis, quæ in Valle Druſianâ, & dominio de Flumine, poſſidebat Lutardus, Epiſcopus Vercellenſis. Extant literæ, datæ II. Non. Januarii, Anno Chriſto propitio 881. V. Regni Caroli, Regis Francorum. Actum in Regenſe civitate.

Eodem anno 881. Carolus Craſſus, Francorum Rex,

Rex, extincto fratre Carolomanno, magno cum exercitu, (inter quos Suevi & Rhæti erant) per Rhætiam, alpes nempe Julias, unà cum uxore Richarda, Italiam petit, & ejus regnum ſibi ſubjicit: eodemque anno, in demortui Ludovici 3. Balbi locum, ad imperium Romæ evehitur. Edicto hic publico cavit: ut tempora & anni, à nativitate Jeſu Chriſti (non autem ab imperio Imperatorum & Regum, ſicuti hactenus conſuetum erat) numerarentur. Ducatum Sueviæ, poſt Imperium adeptū, Richario & Rudolpho, Comitibus magni nominis in Burgundiā, conceſſit.

Demum Dietholphus, Epiſcopus Curienſis, & Rhetiæ Præſes fit. Is, cum Salomone, Epiſcopo Conſtantienſi, & Abbate S. Galli, veteres Rhætiæ antiquæ & Helvetiæ, videlicet pagorum Rhingoviæ & Durgoviæ, limites reſtituerunt: præſente Ulderico à Buchorn, Comite Lentienſium, (cum quo Abbas, ob aliqua loca in Rhingoviā, diſſidebat) multaque nobilitate, ex Durgoviā, Rhætiā, & Lintgoviā. cujus rei ſupereſt monimentum evidens. eodem quippe juramento & Comitatus diviſerūt, terminum inter Rhingouue & Durgouue aſſerentes de Schuuartzenecck, ubi aquæ adhuc ad nos vergunt, uſq; ad Manen, in medium gurgitem Rheni, & inde uſq; ad lacum Potamicum. qui termini adhuc hodie obſervantur. Acta ſunt in illo loco, ubi Rhenus in lacum influit Potamicum, III. Kal. Septembris, Anno incarnationis Domini 890. Indict. VII. regnante Rege noſtro Arnolpho glorioſiſſimo.

Cum Guido, Dux Spoletanus, Berengariū Regem Italiæ depuliſſet: Berengarius ad Imperatorem Arnolphum recurrit. Hic ergo, anno 893. maximo cum exercitu, per Alpes Rhæticas & Tridentum, Italiam

petit: multa oppida capit: magnumque terrorem incutit. ſed revocatur inſolentiâ Rudolphi, Burgundionum Regis: qui etiam ſe in tutiſſima loca receperat.

Anno autem ſequente 895. precibus Formoſi Pontificis victus, (qui à Sergianis adverſariis ferè oppreſſus jacebat) Italiam repetit, cum exercitu, in quo Suevos & Rhætos plurimos habebat. tandem Romam capit: & ibi coronatur.

Hoc anno, Concilium Triburienſe habitum fuit ab Arnolpho: cui Thietolphus, Epiſcopus Curienſis, interfuit.

Temporibus Arnolphi Imperatoris, Allemanniæ & Rhætiæ Dux fuit Burckardus, Rycharii filius. cui, tumultuariè in comitiis occiſo, ſucceſſerunt Erchingerus & Bertholdus fratres.

Extinctâ autem, in Arnolpho & filio Ludovico, Carolinorum in Germania proſapiâ, quæ per annos 172. duraverat: Imperiique rebus inclinantibus: ultimus ex Epiſcopis Curienſibus, Rhætiam, uti Præſes Dietholphus, rexit. Poſthac vero Epiſcopi tantum ea, quæ Domus Dei nomen habent, aliquamdiu tenuêre: cætera Duces, Comites, Barones & Nobiles, rexêre.

Anno 912. Conradus, Franciæ Orientalis Dux, fit Romanus Imperator: à quo, eodem anno, confirmationem privilegiorum ſuorum, Epiſcopus Curienſis Dietholphus impetrat.

Imperatori ſe opponunt Duces noſtri, Erchingerus & Bertholdus: qui tandem, propter vim illatam Salomoni Epiſcopo Conſtantienſi, poſt longam incarcerationem, anno 917. decollantur.

Anno interim 916. tempore captivitatis eorũ, Ducatus Sueviæ, qui ſub Clodoveis & Carolinis durâ ſer-

virute

vitute preſſus erat, Romano Imperio adjunctus, & in feudum conceſſus fuit Burckardo II. nobili Suevo, ex familia Comitum à Buchorn. qui Burckardus, paulò poſt, Rhæticam provinciam renuntiavit Hulderico, ſuo ex filio nepoti. Huldericus verò eandem, anno 922. renuntiavit Bertholdo, conſanguineo Epiſcopi noſtri Curienſis Valdonis, Dietholphi ſucceſſoris: qui anno 921. Vormatiæ, ab Henrico I. in præſentiâ Rodolphi Burgundiorum Regis, & Comitis Hulderici, privilegiorum ſuorum confirmationem recepit.

Rudolpho Regi Burgundo, cùm ultra præſcriptos terminos, versus Allemanniæ Ducatum, evagari vellet, Anno 919. occurrit Burckardus, cum Suevis & Rhætis ſuis, prope Vitodurum: eumq; pugnâ memorabili ſuperavit, & repreſſit: pace dein cum eo initâ, filiam Bertham in matrimonium dedit. Atq; ita Rudolphus, conſilio Suevorum & Rhætorum, Italiæ regnum adeptus eſt.

Burckardo paulò poſt in Italiâ per inſidias occiſo: Henricus Imperator, anno 929. Ducatum Allemanniæ Hermanno, Landgravio Haſſiæ & Franciæ, conceſſit: cui uxor Ducis Burckardi nupta fuit.

Sub ipſo, anno 930. vixit, in Engadina Rhætiæ, prædictus Comes Bertholdus, conſanguineus Valdonis Epiſcopi: ut habet inſtrumentū, Francofurti datum: ubi Henricus Imperator, ad inſtantiam Arnolphi Comitis, Eccleſiam in pago Sindes in Engadina, in Comitatu Bertholdi, cum decimis & omnibus ſuis juribus, donat Sancto Florino: cujus corpus Remuſii ibidem quieſcit.

Anno eodem, cùm Obotritæ, Vandali, Sclavi, & alii infideles, Imperium Romanum invaderēt: Imperator

Henricus omnes Principes Imperii excitat. Suevi & Rhæti noſtri, ſub Hermanno duce, feliciter belligerantur. inter alios memoria adhuc extat, Georgii Comitis Veleurii, Georgii Comitis Verdenbergici, Hugonis Comitis à Monteforti, Volphgangi & Vilhelmi à Monſauco, & Friderici Baronis ab Alto-Saxo. Addunt aliqui, anno 935. Henricum Imperatorem, recompenſationis ergò adverſùs nobilitatem, Magdeburgi ludos equeſtres celebrâſſe: quibus, ut & ſequentibus, multi ex nobilitate Rhætica interfuerint, præmiaque retulerint.

Othoni etiam I. Henrici filio, & in Imperio ſucceſſori, Suevi & Rhæti fidelem operam navavêre, contra Eberhardum Comitem Palatinum, & Giſelbertum ſororium Othonis, Imperium affectantes: qui anno 940. victi & cæſi fuêre.

Eodem anno, Epiſcopo noſtro Valdoni Imperator, ad inſtantiā Hermanni Ducis noſtri, aliqua privilegia & dona liberaliter conceſſit: ac Diſertinenſi etiā Cœnobio multa, ob damna à Saracenis accepta, compenſationis ergò (uti fuſius poſtea dicetur) benignè largitus eſt.

Anno 948. Hermannus, Dux noſter, Lindaviam Civitatem incendit: & Caſtrum Brigantinum, juſſu Imperatoris Othonis, cepit: operâ ſuorum Suevorum & Rhætorum uſus. Hermannus ille filiam unicam, Itam, ex uxore ſuſcepit: quam Lutholpho, Duci Saxoniæ, Imperatoris filio, in matrimonium collocavit.

His temporibus, Valdo ſucceſſorem habuit Hartpertum, Imperatori Othoni gratum, & familiarem. à quo ille plurima privilegia & dona, ſeptem diverſis annis, accepit.

Anno

Anno 951. Imperator Otho, inſtinctu Adelheidæ, Lotharii Regis Italiæ viduæ, cum inſtructiſſimis copiis, (in quibus etiā Suevi & Rhæti, ſub duce Lutholpho erant) Italiam petit; ſibi ſubjicit: Adelheidamq; uxorem ducit. Quâ re filius Lutholphus offenſus, patri, cum patruo Henrico, Bavariæ Duce, bellum parat. Suevi autem & Rhæti noſtri, juſſu Sancti Hulderici Epiſcopi Auguſtani, & Hartperti Curienſis, cōtra Imperatorem pugnare nolebant. Imperator, filio iratus, Suevium & Rhætiam Burckardo, Comiti ab Helffenſtein, regendam dat.

Anno 955. idem Imperator Otho, cum auxiliaribus copiis Burckardi Ducis noſtri, in Campis ad Lycum, Ungaros undique palantes feliciter reprimit, ac ſuperat.

Anno ſequenti, eorundem operâ utitur Lutholphus Dux, jam patri Imperatori reconciliatus.

Poſt fata ejusdem, Sueviæ & Rhetiæ Ducatum adeptus eſt Burckardus tertius, Burckardi ſecundi filius, & Hermanni Ducis noſtri privignus.

Anno 958. vixit Victor, ex Rhætiæ Comitum familia oriundus, Conventualis Sancti Galli, vir doctus: qui invidiæ morſu male tractatus fuit a Thietone, Abbate Sancti Galli, uti & frater ejus a Cralocho, ibidem Decano, & in Abbatia ſucceſſore. Victori adhærebat Enzelinus, Præpoſitus ad Fabarias. Hac eorum diſcordia motus Hartpertus, Epiſcopus noſter Curienſis, Abbatiam ad Fabarias Epiſcopatui ſuo, à quo Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis tempore abſtracta erat, reſtitui petit. Enzelinus, rerum non ignarus, eam pro ſe ab Imperatore obtinet. Epiſcopo noſtro, plura quærenti, & jam ſenio confecto, Curtis regalis, in ci-

vitate Curiâ, tollitur; & Luitholpho, Canonico Imperatoris, unà cum Victore Archiepiſcopo, regenda datur.

Anno 960. Suevi & Rhæti noſtri, cum Othone Italiam, contra Berengarium, petunt: ubi, anno ſequente, Otho à Johanne XII. Pontifice coronatur.

Hartperto ſucceſſit in Epiſcopatu Hiltibaldus: qui ab Imperatore Othone multa privilegia, Conſtantiæ, anno 973. accepit.

Eodem anno moritur Burckardus Dux noſter: cui ſuffectus eſt Otho, Luitholphi filius, Imperatoris nepos.

Anno 976. Otho 2. Imperator, Hiltibaldo, Epiſcopo Curienſi, privilegia ſua confirmavit: & eidem Curtem regalem, à Luitholpho detentam, reſtituit.

Anno 980. Imperator, interceſſione Theophaniæ Imperatricis, Othonis Ducis Allemanniæ, Hildibaldi Epiſcopi Vormatienſis, & Giſalbargii Epiſcopi Merſburgenſis, Epiſcopo noſtro Hiltibaldo, telonium de ponte Clavennæ, cum ſuis juribus, dedit.

Eodem anno, Imperator Italiam adiit: & Othonem Ducem noſtrum, Ducatu Bavariæ etiam honoratum, cum ſuis Suevis & Rhætis, ſecum habuit. Othonem ſecutus eſt Conradus ſextus, Allemanniæ Dux.

Anno 995. in urbe Quindelburg, (vulgo *Quendelburg*) Otho III. Imperator, interceſſione Mathildæ Abbatiſſæ Quendelburgenſis, & Imperatoris ſororis Adelheidæ, Valdoni Epiſcopo Curienſi, juriſdictionem in caſtro Clavennæ & cæterâ, cum omnibus juribus & immunitatibus, quibus eis gaviſus eſt Comes Anuzo, ita ut hæc Epiſcopatus propria ſint, benignè donavit.

In

In locum Conradi mortui, Ducis Allemanniæ, ab Imperatore promotus fuit Hermannus 2.

Otho Romam profectus ad Gregorium 5. Papam, agnatum ſuum, in comitatu ſuo Ducem noſtrum Hermannum, cum ipſius ſubditis, habuit: ex quibus aliqui, fulmine tacti, periere. Hic Imperator, primus Electores ſeptem inſtituit: & ut Imperium penes Germanos maneret, firmiter ſanxit.

Othonis ſucceſſor fuit Henricus 2. Dux Bavariæ, ex ſanguine Saxonico. cui ſe Hermannus Dux noſter opponebat: ſed viribus impar, anno 1003. eidem reconciliatus eſt.

Anno 1004. Imperator Henricus, Sueviam & Rhetiam, poſt fata Hermanni Ducis, filio ipſius adhuc minorenni, ſub tutela matris, conceſſit. Nomen illi idem, quod patri fuit.

Anno 1005. Epiſcopus Curienſis Huldericus, ſuorum privilegiorũ cõfirmationem, in oppido Eriſtein, obtinuit: id quod duobus anteceſſoribus, Urbano & Ruperto, denegatum fuerat.

Anno 1012. Hermannus juvenis morte obiit: ſucceſſorem habens Comitem Erneſtum, hujus nominis primum, & ſororium Hermanni præmortui. cui anno 1015. ſucceſſit filius, Erneſtus 2.

Anno 1024. Imperator Valli Pregalliæ (quam Comitatum vocat) omnia ſua privilegia confirmavit: & in tutelam Imperii recepit, eique inſinuavit: Liberæ denique conditionis homines vocavit.

Henricus 2. ſucceſſorem habuit Conradum, Salicum dictum: cui ſe noſter Dux Erneſtus, in vanã competentiã, oppoſuit. Imperator, interceſſione uxoris Giſelæ, anno 1030. repudiato Erneſto, Duca-

tum

tum Sueviæ Erneſti fratri, Duci Hermanno, conceſſit.

Eodem anno, Imperator Hartmanno de Planterrâ, Epiſcopo Curienſi, privilegia ſua, atque donationem de telonio & jurisdictione Caſtri Clavennæ, confirmavit. Actum in Megelendorff. Septennio poſt, alia privilegia eidem impertiit, in civitate Ulma.

Hujus Epiſcopi têporibus, Anno 1030. ante & poſt, florebat in Rhætia Marquartus, Comes infra Langarum: in cujus jurisdictione Monaſteria, ad Fabarias & Schennis, erant. Ei ſucceſſit Eberhardus, qui anno 1040. ibidem viguit.

Clavennæ, eodem temporis curſu, erat in flore Rudolphus: cujus ſub regimine, bona Vilhelmi & Rutgari fratrum, in eodem tractu, ob quædam delicta ab eis commiſſa, Canonicis Curienſibus, ab Imperatore, interceſſione Imperatricis Giſelæ, donantur. Actum Beneventi, 8. Junii, 1038. Quod idem Imperator paulò poſt, per literas Nonantulæ datas, denuo confirmavit.

Eodem anno, in Italiâ, Tridenti, peſte correptus obiit Dux noſter Hermannus. Ducatus inde filio Imperatoris, Henrico, in Imperio ſucceſſori, conceſſus.

Anno 1040. Thietmarus, Epiſcopus Curienſis, privilegiorum cõfirmationem ab Imperatore Henrico 3. impetravit, & Ulmæ recepit.

Anno 1045. Imperator Henricus 3. Othoni Palatino à Vietliſpach, Ducatum Sueviæ conceſſit: cui, anno 1048. ſucceſſit Otho Marchio Schueinfurt.

Anno 1050. Nariæ, 11. Julii, plurima privilegia Epiſcopatui Curienſi Imperator Henricus conceſſit: inter quæ alia, jus venationis & incidui, à Valle Veriamâ (*Fraxineâ*) uſq; ad flumen Langarum, ab utraq; Rheni ripâ, in Comitatu Othonis, Rudolphi, & Eginonis

ſino-

filiorumq; Othonis, Egenonis, Humberti, & Adelberonis: & inde, a ſiniſtro Rheni latere, uſq; ad Caningam amnem: cum conſenſu Berchtilonis Abbatis ad Fabarias, & ejus advocati Vernheri.

Eodem anno, idem Imperator, Epiſcopo Curienſi Diethmarſo, in honorem Dei, pro redemptione animæ ſuæ, & benemeritis Epiſcopi, donavit alia jura venationis, nemoris & incidui, in Comitatu Eberhardi. Termini erant: Ugonis montis ſummitas, ad aquam Argam uſq;, quæ inter Brugum & Quadrabitam (loca Comitatus Verdenbergici) fluit.

Anno 1053. Leoni IX. natione Germano, Pontifici Max. Imperator auxiliarem manum, contra Normannos, præſtitit. Suevorum tunc & Rhætorum dux militaris erat, Vernerius; qui ſe in pugnâ, in Apuliâ commiſsâ, optimè, adversâ licèt fortunâ, geſſit.

Anno 1055. patri Henrico ſucceſſit filius, Henricus 4. ſeptennis, ſub curâ matris Agnetis: cujus imperium diuturnum quidem, nempe 50. annorum; ſed valde turbulentum fuit.

Anno eodem, Othoni à Schueinfurt, Duci Allemanniæ, ſucceſſit Rodolphus à Rheinfelden, Imperatoris ſororius: fruſtrato Bertholdo à Zeringen. cui Ducatus ab Henrico 3. annulo ſuper eâ re tradito, promiſſus fuerat.

Anno 1070. Thietmaro, Curienſi Epiſcopo, ſucceſſit Henricus: qui privilegiorum confirmationem ab Imperatore nunquam obtinuit: propterea quod Papæ, contra Imperatorem, faveret.

Anno 1075. Suevi & Rhæti noſtri, ſub Duce Rodolpho, ſe ſtrenuè geſsere in pugnâ, ad Unſtratum flumen, contra Saxones; victoriamq; retulêre.

Anno 1076. à Gregorio VII. Pontifice, Imperator fulmine tangitur & excommunicatur: quæ magnarum ſeditionum ubique, etiam in Rhætia, cauſa fuit. Dux noſter Rudolphus, affinem ſuum dereliquit; atq; etiam Epiſcopus Curienſis.

Anno 1077. Papa Rodolpho, Duci noſtro, coronam cum hac inſcriptione mittit:

Petra dedit Petro; Petrus diadema Rodolpho.

Anno 1079. tempore Veris, Velpho IV. Dux Bavariæ ſuperioris, Rudolphi partes defendens, magno collecto exercitu, in Rhætiam ſuperiorem irrumpit: ferro & igne obvia quæq;, præſertim quæ filii Hathonis, ſeu Othonis Comitis, tenebãt, devaſtat: eosdemq; Othonis filios invitos, utpote Imperatori Henrico fideles, ad ſua vota trahit. tandem victor, ſuperatis anguſtiis viarum, & inſidiis ſtructis, ex regione alpeſtri, ſecundum Oenum, relicto in oſtio ſtrictiſſimo montis Venuſti *(Veſtmenza)* præſidio, ſalvus ad ſuos redit.

Eodem anno, Uldericus 3. Abbas Sancti Galli, cum auxiliaribus copiis fratris ſui Lutholphi, Carinthiæ Ducis, qui Henrico Imperatori addictus erat, Brigantium oppidum occupavit, & combuſſit: Marquartum etiam Comitem ibi cepit.

Epiſcopatus Curienſis annum unum vacavit: quem deinde per Simoniã, favore Velphonis, aſſecutus eſt Nortpertus Bavarus.

Imperator, Ducatum Allemanniæ Rudolpho adimit, & Friderico ab Hochenſtauffen, cum filia Agnete, dat. Hic autem, vivo Rodolpho, dominium Allemanniæ plene aſſequi non potuit; ſed poſt ejus mortem demum: quæ incidit in annum 1080. quando in prælio maximo, Volſæ, ad Elleſtramum flumen, non

pro-

procul ab urbe Mersburgo, commiſſo, Rodolphus ab Henrico victus, & in ipſo conflictu dextra manus ei amputata fuit. Profugientibus tum in urbem Mersburgum omnibus; Rodolpho, in lecto decumbenti, circumſtantibus Epiſcopis, manus allata eſt. quâ ille visâ, *Heu*, inquit, *Domini mei Epiſcopi! hæc manus eſt, quâ Domino meo Henrico Cæſari fidem confirmavi. ipſi nunc vos expendite, quàm piè mihi conſuleritis, ut ab eo deſicerem.* atq; ita gemebundus exſpiravit.

Bertholdus 2. à Zeringen, & Velpho Dux Bavarus, multa ab eodem Ducatu avulsêre. unde factum, ut Hochenſtauffiani plerumq; titulo Ducum Sueviæ tantùm uſi ſint. Rhætia tamen noſtra penes ipſos manſit.

Anno 1080. Fridericus Dux noſter, Velphonem Bavarum, & cæteros, Hochſtetii, memorabili prælio vicit: atq; ita damna, Rhætis & aliis Imperatori fidelibus illata, ultus eſt.

Anno 1104. Imperator Henricus 4. Udalricum Epiſcopum Curienſem conſtituit: eumq;, cum aliis Epiſcopis, Romam, ad Paſcalem 2. pro coronatione Henrico filio ſuo obtinendâ, miſit. Epiſcopus autem ſe Papæ, contra Imperatorem, aſſociavit.

Anno 1105. Friderico, in Ducatu Sueviæ & Rhætiæ, filius Fridericus monoculus ſucceſſit.

Anno 1108. Rudolphus Comes à Brigantiâ, in Rhætia Curienſi, infeliciter cum Hartmanno Comite à Kirchberg, prope Idungesheim, pugnavit.

Anno 1114. Vido, Epiſcopus Curienſis, privilegiorum confirmationem, Baſileæ, ab Imperatore Henrico 5. recepit.

Anno 1120. Mediolanẽſes, cum ſuo Epiſcopo, Jordano à Clivio, bellum vicinis Comenſibus movere,

propter mortem, à dictis Comenſibus, Landulpho à Carchano, ab Henrico 4. Imperatore, per Simoniacas artes, Epiſcopo Comenſi conſtituto, illatam. Voltureni, partes tunc Comenſium ſecuti ſunt: ubi virtus ſingularis Adelrani Quadrii emicuit. Mediolanenſes undiq; prædantes, Anno 1124. pecora, cum ingenti ac variâ prædâ, in Volturenâ coëgerunt, & aliquot villas incenderunt. Collecti autem apud Berbennum ruſtici, & cum Mediolanenſibus pugnantes, acie victi ſunt: ſupra 30. interfectis; cæteris verò captis. Bellum tandem, poſtquam ſeptennium integrum duraſſet, compoſitum fuit.

Anno 1126. Lotharius Saxo, Imperator ab Honorio Papâ ſalutatur. Huic ſe Fridericus Dux noſter, cum fratre Conrado, quippe ex ſanguine Imperatorio, ſecundùm genealogiam maternam, progeniti, oppoſuerunt. Lotharius igitur, ut rerum potiretur, filiam Henrico Bavaro in matrimoniũ collocat. Bavarus autem, ut Friderici vires in Rhętiâ imminueret, ſororem ſuam Volphildam, Rudolpho Comiti Brigantino in Rhætiâ, elocat. Inde natus eſt Hugo 3. Palatinus Tubingæ, Comes Brigantiæ & Rhætiæ: qui duos filios habuit; Rudolphum, & Henricum. Atque ita Rhætia ſciſſa in diverſas partes fuit.

Anno 1129. Conradus Suevus, Imperium prętendens, per Rhętiam Alpinam, Italiam petit: interim rebus ipſius in Germaniâ jacturam patientibus. Anno 1134. Imperium Lothario renuntiat. quod tandem, poſt hujus mortem, iterum aſſequitur.

Anno 1130. & ſequentibus, in Rhætiâ magnæ authoritatis erat Comes Hugo à Verdenberg: cujus in inſtrumentis crebra eſt mentio.

Anno,

Anno 1139. Conrado à Bybrech, Epiſcopo Curienſi, Imperator Conradus privilegia confirmat.

Anno 1140. Fridericus monoculus, duobus prælìis, ad cœnobium Ehrenheimium & Einhoffium, prope Vinſpergam, Velphonem & Henricum Bavaros, fratri Conrado Imperatori adverſantes, auxilio ſuorum Suevorum, Helvetiorum & Rhætorum, vicit & fugavit.

Anno 1146. Friderico monoculo ſucceſſit filius Fridericus, in Ducatu Sueviæ & Rhætiæ; poſt Imperium adeptum, Barbaroſſa dictus. Hic, eodem anno, Palæſtinam petiit: & in exercitu ſuo multos Rhætos & Suevos habuit.

Anno 1152. quo Imperium aſſecutus eſt Fridericus; diſſenſiones, inter Ardetionem Epiſcopum Comenſem, & Clavennates, per Epiſcopum Conradum Auguſtanum, ex Imperatorio decreto, pacantur.

Anno 1153. Imperator Fridericus, Suiccardum ab Aſperomonte Rhætum, Conſiliarium ſuum, ad Mediolanenſes miſit: ut eos à vi & inſolentiâ, quibus Laudenſes perſequebantur, dehortaretur. ſed literæ Imperatoriæ conculcatæ fuêre: & ipſe Suiccardus, ex eorum manibus, vix ſe eripuit. Iratus Imperator, Italiam petit; eosq; domat: ſepties eo exercitu moto, ſemper Suevos & Rhætos à latere habuit.

Anno 1164. Hugo Palatinus Tubingæ, Comes Brigantiæ & Rhætiæ, bellum geſſit cum Velphone juniore Bavaro. Victoria penes Hugonem fuit: quem Fridericus, Conradi Imperatoris filius, jam Sueviæ Dux creatus, adjuvabat. Hugo vero poſt, juſſu Friderici Imperatoris, ſe coram Velphone, ob illata damna, humiliare coactus, cùm, in genua coram ipſo tertio

procidens, veniam efflagitâſſet: nullâ hic benignitate illum reſpicere voluit; ſed per ſeſqui-annum in carceribus, in caſtro Neuuenburg, penes pagum Vatium-Inferius, in Rhętiâ detinuit. Velphone autem juniore, Romæ, peſte extincto, liberatus ille fuit.

Anno 1170. in civitate Mengâ, Fridericus Imperator, Eginonem, Epiſcopum Curiẽſem, Principem vocat: eodemq; tempore, filio ſuo Friderico, Duci Sueviæ, Advocatiam Epiſcopatus Curienſis concedit: quam priùs Rodolphus Comes de Brigantiâ, & poſt illum Rudolphus à Pfullendorff, habuerant.

Anno 1176. Johannes, Comes à Monteforti, ex Palæſtinâ rediens, in Cyprum venit: ibique Famaguſtæ ſepultus, poſtea miraculis claruit.

Anno 1179. Suevi & Rhæti, ſub Duce ſuo Friderico, cum Friderici Imperatoris exercitu, Palæſtinam ſecundò petunt. Ibi Imperator, in Comagenâ flumine ſuffocatus, periit. cui filius Henricus 6. in Imperio ſuffectus fuit.

Anno 1190. Sueviæ Dux factus eſt Conradus, Imperatoris frater.

Anno 1194. Henricus Siciliam armis, à Tancredo Pſeudorege, recuperavit: filiumque Tancredi Vilhelmum, caſtratum, cum multis aliis, quos oculis privari juſſit, in caſtrum Amiſium, Rhætiæ Curienſis, perpetuis carceribus deſtinatos, miſit.

Anno 1196. Suevia & Rhætia fame oppreſſæ jacebant. Inde verſus:

Maxima tres annos preſſit fames hic Alemannos.

Eodem anno, Philippus, Imperatoris frater, Sueviæ Dux factus eſt: qui poſtea ad Imperium promotus, Bertholdo Zeringenſi Sueviam ceſſit. His temporibus,

poribus, Bormienſes Rhæti, cum Clavennatibus & Peſclavienſibus, in multis, Epiſcopatui Curienſi, ex tenore jurium Epiſcopalium, parebant. Comenſibus, quibus a Mediolanenſibus illi aſſignati erant, hoc non ferentibus, ancipiti Marte diu pugnatum eſt: donec tandē, poſt decennale bellū, Comenſibus illi ceſsêre.

Anno 1209. ab Imperatore Othone 4. regalia ſua recepit Reinherius, Epiſcopus Curiēſis: qui cum Imperatore, eodem anno, Romam ad coronationē profectus eſt. Ducatus Sueviæ tunc, Friderico Rogerio, Henrici 6. Imperatoris filio, ceſſit.

Tempore Lotharii, belligerati ſunt inter ſe, maximâ cum ſanguinis effuſione, Vernherus Comes à Kyburg, Epiſcopus Conſtantienſis, & Uldaricus Baro ab Alto Saxo, propter Reineckum caſtrum in Rheguſcis: quod tandem ab Imperatore occupatum, neutri obtigit.

Anno 1212. Fridericus ſecundus, ex Siciliâ Germaniam petens, per Rhætiam iter habuit: aliis viis, ab Othone Imperatore excommunicato, tunc occupatis. Illum Arnoldus de Amaciâ, Epiſcopus Curienſis, Abbas Sancti Galli, & Henricus Baro ab Alto Saxo, Conſtantiam uſque ſunt comitati.

Anno ſequente, idem Epiſcopo noſtro privilegia confirmavit.

Anno 1220. Comenſes, bello Epiſcopatui Curienſi illato, Solium in Prægalliâ comburunt.

Sequente anno, iidem Comēſes Hartvigum, filium Egeni, cujus maxima auctoritas in Vennonibus erat, bello petunt: ſubſequutis mox pacis conditionibus.

Anno 1228. Imperator Fridericus, Bertholdo, Epiſcopo Curienſi, confirmationem privilegiorum imper-

pertit. Idemque facit Ulderico Comiti à Kyburg, in Epiſcopatu ſucceſſori.

Anno 1239. & 1249. Volcardo à Neuuenburg, Epiſcopo Curienſi, eadem privilegia concedit. Epiſcopus hic, Caſtra, Guardavallem in Engadinâ ſuperiore, & Fridnou ad pagum Cicers, conſtrui juſſit: Caſtrum vero de Flumine, apud Sarunetes, recuperavit.

Anno 1252. Conradus 4. Friderici 2. filius, Romanorum Rex, Henrico Comiti à Monteforti, Epiſcopo Curienſi, Regalia benignè conceſſit.

Mortuo Conrado, Imperium per 16. annos nullum certum caput habuit. Et in ejus filio Conradino, familia Hochenſtauffiana, Ducum Sueviæ, extincta fuit. Proinde ulteriore Ducum nominatione poſthàc ſuperſedebimus.

In Rhætiâ tunc Epiſcopus Curienſis, Abbas Diſertinus, cum aliis Comitibus, Baronibus, Nobilibus & Communitatibus, Rempubl. libere adminiſtrabant: Imperio tamē Romano debitum honorem exhibere non renuentes.

Anno circiter 1262. Rhæti noſtri, Duce Marquarto Barone à Vatio, Eliſabethæ ab Homberg, viduæ Comitis Rudolphi à Rapertisvilâ, auxilio venēre: quam gravidam (poſtea namque filium, patri cognominem, peperit) Bertholdus, Abbas Sancti Galli, prætextu dominii ad ſe devoluti, expellere volebat. Pugnatum fuit in terminis Helvetiorum: ubi exercitus Abbatis à Barone (cui etiam Glaronenſes & Suitii aderāt) profligatus fuit. multi tum in aquis perierunt.

Hoc perturbato rerum ſtatu, Henricus, Epiſcopus Curienſis, optimè ſe geſſit: Aſpermontum & Rhætium amplum, Caſtra, Epiſcopatui acquiſivit. alia duo,

Fuſt-

Fürſtnou in Valle Domeſtica, & Herrenberg in Comitatu Verdenbergenſi, exſtruxit.

Anno 1255. Longobardos idem, in Rhætiam noſtram irruentes, ad pagum Amedes, fudit & repreſſit.

Quum patritii & populus Mediolanenſis inter ſe diu multumq; altercati eſſent: anno 1264. Philippus Turrianus, populi dux, interceſſione Alphonſi Comenſis, apud Hugonem Fycum, Prætorem Clavennę, obtinuit: ut hic Prægallos, ducibus, Papone à Caſtromuro, & Berthramo Previdâ, excitaret. Hi igitur aliquot caſtra Nobiliũ, in Comitatu Clavennæ, diruêre: & anno 1268. alpes hoſtium ſpoliavêre, armentaque abduxêre: Nobilibus Clavennenſibus & Plurienſibus viciſſim caſtrum, Caſtromurum dictũ, occupantibus. Tandem, anno 1272. interceſſione Othonis Vice-Comitis, Archiepiſcopi Mediolanenſis, & Henrici Curienſis Epiſcopi, bellum hoc, quod octennium duraverat, compoſitum fuit.

Hoc tempore, civitas Velcurienſis, cui Comes à Monteforti præerat, à Bertholdo Abbate Sancti Galli, & Hugone Comite à Verdenberg, obſidetur.

Anno 1272. Conradus Baro à Bellomonte, Epiſcopus Curienſis, privilegiorum confirmationem à Rudolpho Habſpurgenſi Comite, Rege Romanorũ electo, obtinuit. Idem, caſtrum Fürſtenburg, in Vennonibus, exſtruxit: atque dominium de Flumine, ab oppigneratione redemtum, Epiſcopatui reſtituit.

Anno 1278. in exercitu Rodolphi Regis, contra Ottocarum Regem Bohemiæ, Rhæti, ſub Comitibus, Menhardo Tirolenſi, & Hugone Tuberienſi in Vennonibus, cum laude militaverunt.

Anno 1288. prælium commiſſum fuit, in planitie,

in

ad vicum Balcha, inter Fridericum Comitem à Monteforti, Epiſcopum Curienſem, & Comites Verdenbergicos: quorum Comitatum Epiſcopus hoſtiliter invaſerat; Comites contrà, juſſu Regis Romanorum, Vilhelmum Abbatem Sancti Galli, Epiſcopi fratrem, Abbatia expulerant. Epiſcopus tunc vincitur, & cum Henrico Bruſnang, Domino de Grieſſenberg, capitur: cumque ſe, tædio carceris, poſt biennalem captivitatem, ex caſtro Verdenbergico, conſutis linteaminibus, demittere pararet: iiſdem ruptis, ex gravi lapſu moritur. Ejus in locum, anno 1290. Bertholdus electus fuit. Caſpar Bruſchius hic Uldericum quendam intertexuit: quo authore, neſcio.

Anno 1291. Hugo, Comes Tuberii in Vennonibus, ad inſtantiam Menradi 2. Comitis Tirolis, copias ſuas, quas in Rhætis & vicinis collegerat, contra Ibanum Ungarum, Comitem Guntienſem, Auſtriam deprædantem, duxit: ſed prece & precio ab hoſte corruptus, re infecta rediit.

Anno 1292. pugnatum fuit ad Vitodurũ, inter Tigurinos (duce Eglino Comite à Tockenburg) & Hugonem Comitem à Verdẽberg, Alberti Auſtriaci ducem, qui multos Rhætos ſecum habebat. Tigurini, pridie, nempe 12. Aprilis, victores exiſtẽtes, poſtridie, decepti ſtrategemate militari, (commutatis vexillis hoſtium, ac ſi Epiſcopi Cõſtantienſis & Abbatis Sancti Galli homines eſſent, qui Tigurinis ſubſidio venirent) ſuccumbunt.

Anno eodem, Vittani, qui jam rerum Comi potiebantur, auxilio Advocati à Mazo Volturenſ, Volturenam ingrediuntur: caſtra ac loca quædam Capitaneorum Mediolanenſium, hoſtium ſuorum, deprædantur.

Ca-

Capitanei contrà, Nobiles ab Aquâ, & Petrum Quadrium, habebant: qui Comenſibus viriliter obſtiterunt. Pugna commiſsâ, devicti Comenſes in fugam cõverſi ſunt: qui ſubſequentes nihilominus hoſtes, ad lacum uſque, pugnando ſuſtinentes, quoquo modo licuit, in tutum ſe receperunt.

Anno 1294. Epiſcopus Bertholdus, dominium de Flumine, cum ſuis pertinẽtiis, Nobili Ulderico à Flumine, pro quo multi ex primâ nobilitate Rhæticâ fidejuſſerant, oppigneravit.

Poſt mortem Rodolphi, anno 1291. Imperium ad Adolphum, Naſſoviæ Comitem, delatum eſt. Huic oppoſuit ſe Albertus, filius Rodolphi. Devenitur ergo ad pugnam, prope Spiram: ubi Adolphus, anno 1298. victus occiditur. Albertus multos ex Rhæticâ nobilitate ſecum tunc habuit.

Anno 1300. Bormienſes Epiſcopatui Curienſi, cui antea jam ſubjecti fuerant, iterum ſe dedunt. Comenſes eos proſcribunt, & commerciis interdicunt. quibus Bormienſes tamẽ parum movebantur: ut qui, ſine illorum ope & communicatione, bene agere poſſent.

Bertholdo ſucceſſit, anno 1305. Syfridus à Flumine, in Epiſcopatu Curienſi. quo anno Vittani, Comenſes, Caſtrũ Coſium (quod erat Vicedominorum, partes Ruſcanorum ſequentium) ſolò æquavêre.

Anno 1309. eorundem Vittanorũ duces, Tignaca Fatavicinus, Prætor Comi, & Advocatus à Matio, Caſtrum Clavennæ [illegible] obſident: quod paulo poſt tamen, interceſſione Romerii Lavizarii, Curconis Fontanellæ, & Iſnardi à Sancto Benedicto, pro certâ pecuniæ ſummâ, Vittanis deditur.

Quum Imperium, poſt mortem Henrici 7. duobus,

Ludovico Bavaro, & Friderico Auſtriaco, per diverſa ſuffragia, electis, varie dilaceraretur: a partibus Bavari, inter alios, Helvetii tunc Uranii, Suitii & Subſylvani, erant. Auſtriacum Papa, cum Eccleſiaſticis, tuebatur. Abbas itaque ad Eremitas, cum Henrico Comite à Monteforti, qui Rhætos nobiles in exercitu ducebat, fratrem Friderici Leopoldum excitant: ut cum ſua ſummâ Nobilium catervâ, dictos Helvetios incautos opprimeret. Hi tamen præmoniti, ad oſtium ſtrictiſſimis, Morgartum dictum, hoſtibus obviam facti, anno 1315. die 16. Novembris, Nobilitatē ex improviſo adoriuntur, cædunt & fugant. ex quibus Abbas & Comes Montfortius, primi auctores, inter primos etiam fugâ ſalutem quæſiverunt.

Anno 1321. pugnatum fuit ad Hoſpitale, apud Urſellanos Lepontios, ut patrii annales, ceteris tamen circumſtantiis omiſſis, produnt: ſed proculdubio inter factioſum Abbatem Diſertinum, & Helvetios, Bavaro adhærentes.

Anno 1322. propter eaſdem factiones Bavari & Auſtriaci, bellum exardeſcit, inter Rudolphum Comitem à Monteforti, Epiſcopum Conſtantienſem, & Curienſis Epiſcopatus (cui Syfridus præerat) Vicarium, Auſtriaco addictum, atq; Johannem Donatum Baronem à Vatio, Bavari partes tuentem. Montfortius validum exercitum, ex omni ſuâ juriſdictione, Turegiâ, Tigurino pago, & Rhæticâ Epiſcopatui ſubjectâ, ſub auſpiciis fratris ſui Henrici, contraxerat. Vatius, in Rhætiâ potens, Helvetios etiam tres pagos ſibi adjunxerat: cujus copias Baro à Rhætio, cōſanguineus illius, ducebat. cum igitur ſe diu depopulationibus mutuis vexaſſent: tandem ad prœlia aperta ventum eſt.

Pri-

Google

Primus pugnæ locus fuit in plano, intra Alvinovium & Filiſurum: ubi Montfortii ſuccubuêre. multi, in proxima montana perfugientes, inter ſaxa, nives, rupesq; regionis ignari, periere: plurimi capti, & à Vatio blande initio excepti, fame poſtea, frigore, & carcerum ſqualore confecti, inter ululatus (quos homo tyrannicus, Vatius, cantum avium ſuarum interpretabatur) vitam finiere.

His ipſis diebus Epiſcopales, per Engadinam ſuperiorem, Davaſtanos, qui Vatianæ ditionis erant, bello & prædâ petunt. Incolæ exiguo numero, (multi enim apud Vatienſem erant) in Valle Diſmaâ, duce Lucâ Guleto, viro intrepido, illis occurrunt, ac forti animo hoſtes repellunt & fugant: multis deſideratis. Locus pugnæ adhuc hodie nomen, Pratum belli, retinet: & loricæ, aliaque hujusmodi arma, quandoque ibi effodiuntur.

Anno 1323. duo competitores Imperii, Ludovicus & Fridericus, ad pugnã devenerunt, inter Donſpergum & Muldorffium, non procul ab Oetingâ urbe. Leopoldus, Friderici frater, magnum exercitum ex Suevis, Helvetiis ac Rhætis ſtatim adducebat: qui aliquamdiu, in devaſtandâ ditione Gulielmi, Comitis à Monteforti, Bavaro adhærentis, tardans, prælio intereſſe non potuit. Bavarus, poſt duodecim horarum pugnam, victoriam obtinuit: Friderico competitore, & fratre ejus Henrico, captis.

Anno 1327. Ludovicus Imperator, Italiam petens, Galeatium Vice-Comitem Mediolani, cum duobus fratribus & filio, carceribus mancipat. Locum-tenentem & Gubernatorem Imperii, Gulielmum Comitem à Monteforti, compenſationis ergo, ibi conſtituit: qui

per biennium, cum præſidio Germanico & Rhætico, Reipublicæ, uſque ad liberationem Galeazi, feliciter præfuit.

Anno 1333. Abbas Diſertinus, admodum inquietus, junctis ſibi Actuariis ſuis, aliiſq; Rhætis, infeliciter cum Urſellanis, qui ab Helvetiis propinquis adjuvabantur, congreditur: 500. ex Abbatis exercitu cæſis; Duce verò & Præfecto illorum capto: qui lytro mille librarum poſtea redemtus fuit.

Eodem anno 1333. Epiſcopatum Curienſem adeptus Uldericus Schuldthais de Lenzburg, S. Scripturæ Magiſter, regalia & privilegia ab Imperatore Ludovico recepit: quibus anteceſſores tres proximi Rudolphus à Montfortti, (Imperatori quidem tandem recôciliatus, ſub Papæ verò excommunicatione mortuus) Hermannus Baro ab Eſchenbach, & Johannes, Auditor Rotæ in Aulâ Romanâ, propterea quod Papæ adhærerent, fruſtrati fuerant.

Anno 1337. Epiſcopus Uldericus, Alberto & Othoni fratribus Archiducibus, Caſtrum Marſilinium, in Rhætia ſitum, in feudum concedit.

Anno 1339. Carolus 4. Imperator, Epiſcopo Ulderico, Præfecturam Imperii Curienſis civitatis, pro 360. marcis argenti, oppigneravit.

Idem Epiſcopus, per emptionem, Caſtra duo, Rietberg & Juvalta, in Valle Domeſticâ ſita, ſibi acquiſivit.

Anno 1346. Epiſcopus Uldericus, cum ſuis, apud Atheſinos, a Ludovico Romano, Ludovici 4. Imperatoris filio, ſuperatus prælio fuit, & cum multa Nobilitate captus: mox tamen, victoris benignitate, liberatus.

Anno 1348. in civitate Pragâ, Uldericus Epiſcopus,

Digitized by Google

pus, à novo electo Imperatore Carolo 4. privilegiorum confirmationem, & caſtrum Montani in Vennonibus obtinuit.

Anno ſequente, mandatum idem Imperator dat, ut Clavennenſes, cum tota juriſdictione, Epiſcopatui Curienſi pareant: omniaq; anteceſſorum ſuorum Imperatorum privilegia, ſuper ea re data, confirmat. teloniumq; item à Langaro flumine ad Luverum amnem uſq; in *Prægallia* benignè concedit.

Anno circiter 1350. Uldericus Comes ab Amaciâ, Advocatus Epiſcopatus Curienſis, bellum (cōtra voluntatem tamē Epiſcopi & Canonicorum) cum Vice-Comitibus Mediolani Volturenam tenentibus, gerit: itaq; Bormium, Peſclavium, & Comitatum Clavennæ, Epiſcopatus amittit.

Eodem anno 1350. proſperiore fortunâ, Griſæi Rhæti, Comitem quendam Suitienſem, in ipſorum regionem cum exercitu irruentem, in Valle Actuatiâ, domum prædâ onuſtum revertentem, fundunt, & ſua recuperant.

Anno 1351. Albertus, Archidux Auſtriæ, Tigurum primo obſedit: in cujus exercitu Uldericus, Epiſcopus Curienſis, erat.

Eodem anno, prælium ad Tatuillam contigit: quo Auſtriaci ſub duce Johanne ab Ellerbach (qui multos Athesinos, Vennones, & Rhætos nobiles, penes ſe habebat) à Tigurinis victi ſunt.

Anno ſequēte, Valtherus à Stadiono, nobilis Rhætus, & Auſtriacorum Præfectus Gueſchæ, Glaronam dominio Auſtriaco adjecturus, cum multis cæſus fuit.

Eodem anno 1352. die 12. menſis Maji, cōgreſſi ſunt hoſtiliter in Montanâ, (loco alpeſtri ſupra Ilantium op-

oppidum) Rodolphus Comes Montfortius, & Uldericus-Valtherus Baro à Bellomonte, qui victoriâ tunc reportavit, Montfortio cum multis capto, & aliquot præcipuæ Nobilitatis, Curiæ, in periſtylio Cœnobii Sancti Nicolai, ubi etiamnum illorum arma cernuntur, ſepultis.

Anno 1355. in Epiſcopatu Curienſi, Ulderico ſuffectus eſt Petrus de Bohemia: cui privilegia Carolus 4. confirmavit Norinbergæ, anno 1360. Biennio poſt, caſtrum Trimontium Epiſcopatui inſinuatū fuit.

Anno 1362. Rodolphus Comes à Verdēberg, Mediolano domum rediens, & Collaterali Ducis Mediolani comitatus, intra Clavennam & Plurium, a duobus latronibus, duarum ſagittarum ictu, interficitur. Ex Plurienſi Communitate 12. Mediolanum propterea citati, nomine Communitatis, carceribus mancipantur: qui tandem, re cognitâ, ejuſdemque Communitatis innocentiâ comperta, poſt longam carcerationem, ſunt liberati.

Anno 1366. Petrus, Epiſcopus Curienſis, Rodolpho, Alberto, & Leopoldo, Ducibus Auſtriæ, feuda ſua in Comitatu Tirolis, (qui triennio ante à Margarita, unica Comitatus hærede, ad ipſos devenerat) & aliis locis, concedit.

Petro ſuffectus fuit Fridericus à Menzingen, Leopoldi Archiducis Auſtriæ Cancellarius: qui à Carolo 4. Imperatore privilegiorum confirmationem recepit, anno 1372.

Anno 1376. Leopoldus, Archidux Auſtriæ, Caſtrum & Comitatum Velcurii, à Rodolpho juniore, Rodolphi 4. filio, Comite Mōtefortio, pro 30000. florenis, emit.

Idem

Idem Leopoldus, eodem tempore, ab Alberto Comite à Verdenberg, oppidum & caſtrum Pludonenſe, itemque Sargans & Heilgenberg, cum ſuis pertinentiis, acquiſivit.

Anno 1377. Epiſcopatum Curienſem adeptus eſt Johannes, Alberti Archiducis Auſtriæ Cancellarius: & eodem anno, à Carolo 4. Imperatore, privilegia recepit.

Anno 1386. conflictus memorabilis fuit ad Sempachium: ubi Lucernates, Uranii, Suitii, & Subſylvani Helvetii, Leopoldum 3. Auſtriæ Archiducem, cum multâ Nobilitate, interfecêre: in quibus fuêre ex Rhetiæ antiquæ tractu multi: præſertim 35. Vennones, & Uldericus atq; Egolfus ab Amiſio. Ita humilitas Ruſticorum, ſuperbiam Nobilium depreſſit.

Eodem anno, Veſcha (*Veſenium*) oppidum ab Helvetiis ex manu Auſtriacorum ereptum fuit: ibiq; Helvetii victores præſidium poſuerunt. ex quo 18o. anno 1488. feſto Matthiæ, ab incolis & Auſtriacis, proditoriè interfectis, ceteri iterum in verba Auſtriacorum, præeunte Johanne Comite à Verdenberg, Saruneganum Domino, juravêre: ſtatimq; pugna ad Navalia ſecuta eſt: qua Auſtriaci ſuccubuêre, & Veſcha recepta fuit.

Anno 1387. Jacobus à Plantâ, Vicedominium in Tomiliaſcâ, Ulderico Bruno, Rhætii Domino, vendidit.

Anno 1388. Epiſcopatum Curienſem adeptus eſt Hartmannus, Comes à Verdenberg & Sarunegans, Eques Teutonicus: qui, anno 1396. caſtra Eremuſium & Gryphenſteinium, quæ Comites ab Amaciâ, ut beneficiarii & feudatarii, tenuerant, Epiſcopatui recu-

peravit. Cum Ulderico, Barone Rhętii, propter venationum in monte Amedes prærogativam, atque decimas Caziæ & in vicino monte, diu contendit. ſed tandem, per Legatos Urbium, Tiguri & Velcurii, tanquã ſequeſtros, reconciliati fuerunt.

Infelici etiam bello Epiſcopus, cauſâ fratrum ſuorum, Comitum à Verdẽberg, cum Leopoldo Auſtriæ Archiduce, propter dominium Rhineck & confinia, implicitus fuit.

Anno 1405. Abbatiſcellani, ſub duce Rodolpho Comite à Monteforti, cum Abbate Sancti Galli, Cunone à Stauffen, & Auſtriacis ejus adjutoribus, feliciter belligerantur, plùs 60. urbibus & caſtellis captis.

Eodem anno, caſtra duo, Alto-ſaxum, (Baronum hujus familiæ antiquiſſima ſedes) & Forſteccum ejusdem dominii, Abbatiſcellani & Sancto-Gallenſes comburunt: quorum poſterius adhuc in cineribus jacet. Idem bellum biennio poſt renovatum: quo Rheguſci, Rhætiæ antiquæ populi, multa damna paſſi ſunt.

Anno 1407. die 8. Novembris, Abbatiſcellani & Sancto-Gallenſes Brigantium obſedere. Obſidio autem, anno ſequente, 13. Januarii, re infectâ, ſoluta fuit.

Anno 1408. dum Franchinus Ruſca Como præeſſet: Dieteganus Curienſis, magnæ auctoritatis vir, inſcio Epiſcopo, Caſtrum Clavennæ, per inſidias, ſeptem militibus in ſaxoſis illis locis deſceſcentibus, & ad id inſtructis, capit. ſed auxilio & commeatu illi deſtituti, mox ad deditionem rediguntur.

Anno 1412. Baro Huldericus à Rhætio, cum fratribus, & auxilio Friderici Comitis à Tockenburg, ſui conſanguinei, Epiſcopum Hartmannum, nõ ſine gravi

damno

damno civium, in urbe Curienſi obſedit: re tandem, cum jacturâ Epiſcopatus, compoſita.

Anno 1414. cum Fridericus, Archidux Auſtriæ, Papam Johannem 23. clàm ex Concilio Conſtantienſi abduxiſſet: proindeque ab Imperatore Sigiſmundo proſcriptus eſſet: Hartmannus Epiſcopus, damna à Leopoldo, Friderici fratre, accepta ulturus, unà cum civitate Lindaviâ, Veldtkirchiam, quæ Friderico addicta erat, bello petere contendit. Epiſcopus autem, cum fratre Hugone, à Præfecto Friderici, qui ex Comitibus à Stülingen erat, in oppido ipſo capitur; & vix poſt novumeſtre liberatur.

Anno 1417. Johannes Abundius, Naſo dictus, Epiſcopus Curienſis electus, Conſtantiam ad Concilium, quod triennio antè cœperat, proficiſcitur; & ad finem Concilii permanet.

Hoc ipſo anno, Fridericus, Comes à Tockenburg, oppidum & caſtrum Velcuriæ, ſibi ab Erneſto Auſtriæ Archiduce oppigneratum, vi capit. Rhætorum multi, ejus jurisdictioni ſubjecti, tùm aderant.

Eodem anno, in Rhætiâ & circumvicinis regionibus, primò conſpecti ſunt Nubiani. Cingaros & Aegyptios alii vocant: quaſi ex Zeugitanâ, Africæ nempe propriâ, (illi patriam Aegyptum minorem commenti ſunt) oriundi eſſent. gens atra & lacero veſtitu erat: etſi argentum & gemmas penes ſe haberet. Hi, abſoluto tempore exilii, quod ſibi ob abnegatam à Majoribus ſuis religionem Chriſtianam, pœnitentiæ loco impoſitum eſſe dicebant, domum ſunt reverſi. In eorum locum, ſucceſſit manipulus furum, præſtigiatorum & latronũ: quos noſtro etiamnum tempore circumvagari videmus.

Anno 1422. Johannes, Comes Miſauci, pecuniæ ſummam, jure ſibi à Philippo-Mariâ, Mediolani Duce, debitam, efflagitat. Duci, petitionem ſpernente, Comes Biltionam aſtu ſurripit. ſed inferior viribus, captum oppidum, cum juribus ſuis, Uranis & Subſylvanis (quos ſibi conciliaverat) vendit. Hi mox etiam Suitios admittunt: variâ fortunâ poſtmodùm, cum Franciſco Carmagnolâ, Angelo Puſterlâ, Ducis capitaneis, pugnãtes. Biltiona tandem Helvetiis remanſit.

Eodem anno, diſſidium magnum fuit, inter Epiſcopum Abundium, & Civitatem Curienſem, propter electionem Magiſtratus, & alias quoque cauſas. Cives, caſtrum Marſoila, ſedem Epiſcopi, vi occupant, & ſpoliant. Controverſię tandem, octodecim articulis comprehenſæ, per tredecim electos judices, quorum quatuor Tigurini (propter jus Civitatis, quod Epiſcopus & Civitas Tiguri habebat) reliqui Cathedrales erant, amice componuntur.

Anno 1427. Fridericus Comes à Tockenburg, ultimus hujus familiæ, Abbatiſcellanos, ob diſſidium de reditibus, aliisque ſibi ab eis præſtandis, injuriam item Abbati Sancti Galli illatam, bello aggreſſus, bis, Goſſoviæ primo, deinde ad Honeck, trium dierum intervallo, feliciter cum illis conflixit. In exercitu ſuo, Rhætorum ſuæ ditionis juſtum numerum habebat: quibus Henricus à Sigberg, nobilis Rhætus, præerat.

Anno 1434. Veneti, cum Philippo-Maria Vice-Comite belligerantes, ducibus Georgio Cornario & Daniele Veturio, Voltureniam occuparunt. Cornarius eam, cum præſidio trium millium, tenebat. factio enim Gibellina, Philippo fidiſſima, ibi prævalebat. Nicolaus ergo Picininus, Philippi dux primarius, auxilio factio-

factionis ſuæ, hoſtes aggredi cogitat: ac ſextâ, quæ ſecura eſt, die, poſt irruptionem Venetorum, ſupra Soricum, ubi lacus anguſtior eſt, ponte fabricato, utramque ripam jungit: & exercitum in Vallem, nihil tale Venetis metuentibus, traducit. Cornarius, qua fluit Abdua, quæ per vallem ipſam in Larium effertur, foſsâ manu facta, & per transverſum deducta, copias concluſerat. At Picininus, juncto Johanne Ruſcâ, Francini filio, fluvium & foſſam, junctis ratibus, ſuperat: moxq; commiſſo prælio, haud tenui acceptâ clade, repellitur. Poſtero igitur die paratior venit; ductu inprimis factioſorum, quorum caput fuit Stephanus Quadrius Pontenſis: qui, magna indigenarum manu, deſuper in hoſtes incubuit. Picininus enim, in primo conflictu, regionem jam contemplatus erat: mores etiam Cornarii, in diſcrimen præcipites, ſimul & exercitus victoris inſoleſcentis temeritatem, per exploratores Clavennenſes (quorum duces, Antonius Naſalis & Antonius Brochus erãt) intellexerat. Ergo prælio vix tumultuarie commiſſo, Picininus diſſipatos hoſtes in fugam vertit. ſtatim enim Stephanus Quadrius, & pagani, undique ſupervenerant. Capti ſunt, Cornarius ipſe, Thaddeus Eſtenſis, Cæſar Martinengus, Italianus Forojulianus, Baptiſta Capitius, Antonius Martinaſcus, celeberrimi ductores. Ex reliquis hoſtibus, vix 300. Equites, per ſaltus, evaſere. Extat ibi ſacellum, Divæ Dominicæ dicatum: quod Philippus reditu & ſacerdote ornavit, in memoriam victoriæ eo in loco de Venetis partæ; haud procul à pago, qui Dalebium nuncupatur.

Anno 1437. Civitas Curienſis & multi ex fœderibus Rhæticis, auxilia confœderatis ſuis Sarunetibus,

contra Henricum Comitem Verdenbergicum & Sarunetum, adjutum ab Auſtriacis, præſtant: caſtraq; Nidenberg & Freudenberg deſtruunt. Cauſa belli erat, quod Comes, Sarunetes à Tigurinis, quibus jure civitatis juncti erant, avulſos vellet.

Anno 1438. Sarunetibus, cum ſuis confœderatis Rhætis, quotidianas depopulationes ab Auſtriacis, (qui Comitem Henricum à Verdenberg, Dominum Sarunetum, adjuvabant: ad quem, poſt fata Friderici, ultimi Comitis à Tockenburg, ita conniventibus Auſtriacis, perſolutâ oppigneratione, dominium redierat) ac præſertim pecudum abactiones, patientibus: Sarunetes, qui ſecum Rhætos vicinos aliquot habebant, ita ut illorum 800. eſſent, intempeſtâ nocte, ad oppidum & caſtrum Verdenbergicum accedunt. His obviàm veniunt 300. ex oppido: quorum decem cæſi ſunt. Sarunetes igitur victores domum, cum opimâ prædâ, redeunt.

Anno 1440. Suitii & Glaronenſes, cum auxilio incolarum Caſtrorum Rhæticorum, (exercitus erat ex 1000. conflatus) ſummo ſilentio Vallisſtadium venêre, illudq; capiunt. inde progreſſi, oppidum Sarunetum intrant. quò ad eos venit Comes Henricus Verdenbergicus, cum Dominis ab Alto-Saxo, à Brandis, & à Ternango, aliquas copias ducentibus, quas ad Rhenum collegerant. Hi omnes tantum operati ſunt: ut, ad inſtantiam Suitienſium, Sarunetes Comiti fidem juraverint. Tantâ celeritate iſta peracta fuere: ut nec Tigurini, nec Rheti, Sarunetum confœderati, hæc ſcire potuerint. Atq; ita Sarunetum cum Rhætis fœdus exſpiravit.

Eodem anno, Fridericus à Rechberg, Epiſcopus Cu-

Curienſis, à Friderico 3. Imperatore, privilegiorum ſuorum confirmationem recepit.

Anno 1444. Albertus Dux Auſtriæ, (qui ſe Tigurinis conjunxerat) Sarunetum oppidum, caſtrum, & ditionem, cepit: Comitemq; Henricum fide ſibi obſtrinxit, & ab Helvetiis ſegregavit. Anno vero ſequente, Suitienſes & Glaronenſes, cum auxilio Abbatiſcellanorum & aliorum, oppidum Sarunetum recepêre; caſtro fruſtrà tentato, & 60. ex Helvetiis deſideratis. regioni autem, in diſceſſu, tributum impoſuêre.

Hoc ipſo anno, Sarunetes, damna accepta ulturi, in Vallem Duriæ, ad Sanctum Johannem (Monaſterium ibi & Abbatia eſt, à Nobilibus de Sācto Johanne fundatum: poſteà à Comitibus Tockenburgicis, tanquam patronis, ditatum: ordinis hodiè Sancti Benedicti) irruptionem faciunt, 20. homines occidunt; magnamq; prædam ex armentis abigunt.

Eodem anno 1444. Henricus Baro ab Heuuen, Epiſcopus Curienſis, privilegia ſua, à Friderico 3. Imperatore, accepit.

Anno 1446. veteri Tigurino bello, multi ex Rhætus noſtris, ſex veteribus pagis Helvetiis, in pugnâ ad pagum Ragatium, in Rucantiorū finibus, auxilio fuere. Copiæ Ducum Auſtriacorum incautæ ab Helvetiis tunc obrutæ: multi cæſi: reliqui fugientes, in Rheno flumine ſubmerſi.

Anno 1447. cùm, poſt mortem Philippi Mariæ Vice-Comitis, Mediolani, publicè libertas promulgata fuiſſet; idem Clavennenſes & Plurienſes fecere. Johannem Balbianum Comitem, non aliorū; ſed Civitatis nomine, præeſſe voluerunt. Interim etiam cæteros Magiſtratus liberè ex ſuis eligunt: Caſtroq; Cla-

vennæ

vennæ Præfectum ex ſuis imponunt. Balbianus, rebus parum fidens, Inveſtituram ab Imperatore ſecreto accipit: & mox, aſſcitis ſibi decem militibus, qui ſub ſcalâ prope Caſtrum latitabant, intempeſtâ nocte, fores Caſtri pulſat; Sfortianos ſe perſequi ſimulans. Præfecto, rerum ignaro, aperiente, Johannes cum ſuis intrat; & Præfectum excludit.

Anno 1454. ſucceſſor Hěrici Baronis ab Heuuen, Epiſcopi Curienſis, Leonhardus, privilegiorum quoque confirmationem, a Friderico 3. Imperatore, habuit.

Anno 1460. Ortliebus, Baro à Brandis, Epiſcopus Curienſis, ab eodem Friderico 3. Imperatore, confirmationem obtinuit.

Anno 1474. per Rhætiam Chriſtianus, Rex Daniæ, Romam tendens, iter fecit.

Anno 1475. mutuo bello ſe vexabant Epiſcopi, Genevenſis & Sedunenſis. Pugnatum fuit ad oppidum Sedunum: ubi Epiſcopus Sedunenſis, cum auxiliari manu Bernenſium, Soladurenſium, & Rhætorũ, Genevenſem vicit, & profligavit.

Cum variæ diſſenſiones, inter Sigiſmundum Archiducem Auſtriæ, & ejus anteceſſores, ut Comites Tirolis, cum Epiſcopatu Curienſi, exarſiſſent: quæ tamen, confœderatorum Rhætorum interceſſione, anno 1465. dum propter caſtrum Teraſpum etiam minus inter eos cõveniret, ſopitæ videbantur: Sigiſmundus, ſeu potius Caſtellani ipſius Schlandersbergenſis & Naudrienſis, anno 1475. copias contra Ortliebum Baronem à Brandis, Epiſcopum Curienſem, ducunt; Caſtrumque Eremuſium, in inferiori Engadinâ, comburunt. Mox anno ſequente, ulteriùs graſſari volentes,

tes, ab Engadinis, in ipſa Engadinâ inferiore, quos paratos ibi inveniebant, funduntur. Hoc in conflictu, ſingularis virtus Gebhardi Gulielmi, Engadinorum ducis, apparuit: qui ſingulari certamine cum Johanne Martino, Tyrolenſium Anteſignano, congreſſus, victor evaſit; & Vexillum Civitatis Hallenſis, in Valle Oenana ſitæ, in medios hoſtes ſe præcipitans, ſcidit: ſicque glorioſe occubuit.

Cætera, quæ gens fortiſſima Rhætorum, ſive pro patria libertate tuenda, ſive auxiliari manu pro Principibus confœderatis, geſsêre, ſequentibus libris, ſuo quæq; loco & ordine, recenſebuntur.

PALLADIS RHÆTICÆ
Liber Quartus.

DEVENIMUS ad alia bella, & minacis Martis opera. Duo autē præcipua nobis quàm breviſſimè dicenda ſunt: Suevicum nempe, (quod Cæſariani Helveticum vocabāt) idque eâ tantùm ex parte, quâ noſtrorum confœderatorum Rhætorum copiæ præſentes fuêre; cum Maximiliano primo Imp. ſeu potiùs impetuoſis ejus & inquietis Cōſiliariis & Ducibus, geſtum: alterum cum Jo. Jacobo Medicæo Mediolanenſi, Caſtrorum Muſſii & Leuci Larii lacus dominiū ſibi vendicanti: utrumq; autem felicibus auſpiciis finitum.

Ut autem rem aliquantulo altius repetam, Sereniſ-

ſima Domus Auſtriaca, adverſùs Helvetios & eorum ſocios, tum ob Gubernatorum ſuorum aliquos, propter ſęvam & inauditam exercitatam tyrannidem, expulſos ac interfectos; tum ob adverſa prælia diverſa, cum dominii non exiguâ amiſſione; (in quorum uno, Leopoldus 3. Maximiliani proavus, ad Sempachium: in alio, ad Nancejum, Carolus Burgundiæ Dux, Maximiliani ſocer, ceciderant) odio, ſi minùs aperto, veterano tamen & inteſtino, diù laboraverat.

Magnanimum ergo huncce Principem, Maximilianum; inſolens paraſitorum & thraſonum turba quotidiè ad vindictam (ut ajebant) excitare non deſinebat. Hujus ergo pater, Fridericus 3. Imp. cùm effeciſſet, ut aliquot Principes, Civitates, & ex primâ Nobilitate Romani Imperii plurimi, fœdus ad certum tempus inirent: (quod Magnum fœdus Suevicum dicebatur: cujusque finis & ſcopus eſſe debebat, ut quidem prætendebant, latrociniorum & deprædationũ, quæ tum admodum frequentes erant in Imperio, extirpatio; ſed non minus ad libertatem Helvetiorũ opprimendam ſpectabat) hoc nondum ad finem perductum, Maximilianus patre defuncto, cõtinuavit, eiq; pręfuit.

Interim Sigiſmundus, Archidux Auſtriæ, cui cum Hqlvetiis fœdus hæreditarium erat, omnia ſua dominia, anno 1490. (annuo, viciſſim & Principe digno, recepto ſtipendio) Maximiliano, ceu adoptato hæredi, renuntiavit. Quæ renuntiatio ideò præcipuè facta videbatur: ne ipſe Helvetiis & ſociis, jam oppreſſioni deſtinatis, opem, ex vigore fœderis hæreditarii, ferre teneretur.

Paulo poſt Maximilianus Helvetios, Lindaviam, Imperii oppidum, ad ſe vocat: deque fœdere Suevico ineun-

incundo, & Cameræ Imperialis, quæ Spiræ eſt, conſtitutionibus, ut ſe ſubjiciant, ſollicitat. Quibus petitionibus, ne avitæ libertati ſuæ derogarent, aſſentire illi recuſant. Aliam ergo viam, ſpe hac fruſtratus, ingreditur: & de fœdere hæreditario ſecum, uti Archiduce Auſtriæ, & Sigiſmundi ſucceſſore, renovando, ipſos compellat. Sed & hoc ipſi, quod in præjudicium ſuum renuntiatio illa Sigiſmundi, anno 1496 præmortui, facta, jamque ipſi à fœdere liberi eſſent; conſtanter renuunt.

Accedit ultimum; quod bello tandem principium dedit. Inter Auſtriæ Principes, & alios, qui Comitatum Tirolis ante poſſederant, atque inter Curienſem Epiſcopatum, ejusq; Cathedrales Rhætos, de confinibus, mineralibus fodinis, teloniis, & aliis ad jurisdictionem pertinentibus, diverſa diſſidia fuerant: adeò ut quondam Epiſcopi Curiẽſes, cum ſuis hominibus, adverſus Ludovicum, Romanum nominatum, ex familiâ Brandeburgicâ, maritum Margaritæ, Comitiſſæ Tirolis; itemque adverſus Fridericum quintum hujus nominis, & Sigiſmundum ejus filium, (uti ſuo loco enarravimus) aperta bella geſſerint. Hæc tum iterum repullulabant: dum novis & inaſſuetis oneribus atque pedagiis Cathedrales gravabantur.

Res quidem inter Cæſarem, & Henricũ ab Heuuen, Epiſcopum Curienſem, ejusq; Cathedrales, poſt multa, ad judicium Thomæ, Epiſcopi Cõſtantienſis, (nominatis utrinque ſuis aſſeſſoribus) delata fuit: verùm hic, causa indecisâ, fatis ceſſit. Subrogatur in ipſius locum Fridericus, Epiſcopus Auguſtanus. Et optimus quidem Imperator negotii finem (efflagitante parte adverſâ) ipſe videre cupiebat: Curia tamen ipſius Oe-

nipontana tacitè tardabat, & obſtabat. Interim angariæ adverſus Cathedrales creſcebãt: & Legati ipſorum, Oenipontum miſſi, ut deciſionem cauſæ (cùm Cæſaris eadem eſſet voluntas) ſollicitarent, à Curialibus reſponſum ferebant ambiguum; quaſi qui Mandati Cæſarei eſſent ignari. Cùm itaq; animum adverſariorum ad bellum inclinatum viderẽt Cathedrales: vicinis Helvetiis ſeptem pagorum veterum, (quorum cum aliquibus jam antè fœderis cõditiones nonnullæ erant) die Luciæ feſto, 13. Decembris, 1498. in Comitiis Tiguri celebratis (prout Griſæi ſuperiore anno, nempe 1497. in feſto Joan. Bapt. fecerant) perpetuo fœderis vinculo ſeſe conjunxêre; mutuumq; auxilium, inter alias conditiones, cõtra omnem vim & injuriam, firmiter promiſêre.

Fœdus inter Cathedrales Rhæt. et Helvetios septem Pagorum.

De hoc fœdere certiores redditi Tirolenſes, fœdus & ipſi Suevicum ingrediuntur; ſibique de armis, aliiſq; ad bellum neceſſariis, provident: ſicque in Vallem Venuſtam, (olim *Vennones* dicebãtur) Rhætis Engadinis finitimam, cum exercitu veniunt; ac Monaſterium Montis D. Mariæ, præſidio militari, & machinis bellicis, muniunt. Cujus rei primordia, contumelioſis verbis hinc & inde ſparſis, magis magiſq; accreta, exacerbabantur.

Dies rebus componendis, ad Campum D. Petri (hodiè *Velcuriam* vocant) indictus fuit: ubi cantilena admodum famoſa, in contemptum fœderis Rhætorum cum Helvetiis initi, publicè decantabatur: quam Magiſtratus poſt triduum demum edicto inhibuit. Fiunt tamen induciæ, ad medium uſq; Quadrageſimæ; ita, ut interim controverſiæ amica judiciali diſceptatione, dirimerentur. Ad has conditiones, non niſi

fraude

fraude pręmeditatâ, Cęſaris Curiales conſcenderant. Fecialem enim Rhetorum, Joannem Veibel de Taminiô, qui ad Engadinos & Monaſterii Vallis incolas, per montem Arulam, cum induciarum literis mittebatur, captivum per triduum detinent: quò interim per ſuum, qui dies noctesq; feſtinabat, miles in Valle Venuſtâ, de voluntate ipſorum certior fieret, & irruptionem in Vallem Monaſterii faceret, ſub prætextu capiendi & muniendi Monaſterii Monialium dictæ Vallis, cujus advocatiam ſibi Cæſar adſcribebat. Res autem ſecùs ceſſit. Engadini enim & Monaſterienſes vigilantiores, Cæſarianos opprimunt; octodecim ex eis, in dicto Monaſterio, interficiunt; idque præſidio muniunt. Atq; hæc belli fax fuit. Hoc irrito rerum ſuccęſſu, Curiales magis commoti, majorem militum numerum conſcribunt: partemque Vallis Monaſterii depopulantur. pulſi inde à Rhætis, in proximis locis, Tuberii, Damalii, & Laudi cũ militari manu cõſident.

De his omnibus, Epiſcopus, & cæteri confœderati Rhæti, per crebros nuntios admoniti; mittunt Legatos: qui partem adverſam, ad ſervandas inducias Velcurii factas, commonefaciant. Sed illa aure ſurdâ omnia prætermittit. Tandem, habito conſilio Curiæ, 15. Jan. à confœderatorum Rhętorum Legatis, & Epiſcopo ac Collegio Curienſi, auxilia (invito etiam Epiſcopo, qui bellũ diſſuadebat) Cathedralibus mittenda concluduntur. Executio prompta eſt: Griſæi adſunt; Epiſcopus ipſe arma induere, & cum exercitu proficiſci cogitur. Hinc miræ contra ipſum murmurationes: ita ut ad tuendam vitam, ſatellitio ſibi, ab Henrico Ammano, civitatis Curienſis Capitaneo, dato, opus eſſet. Clàm itaq; & intempeſtâ nocte, cum in

Vallem Monaſterii veniſſet, ſe ab exercitu ſubducere ſtudet, ac versùs montem Braulium tendit: ſed à ſuis fautoribus, benignis verbis, revocatur.

Interim in Valle Scarlâ (eſt inter Engadinos & Vallem Monaſterii ſita; minis olim metallorum celebris) velitatio fit. Vallis à ducentis Cæſarianis militibus munita detinebatur: qui prædas eò deportabant. Hi ſemel palantes Engadinâ invadere tentant: quos ſexaginta Engadini viriliter excipiunt, in fugam agunt, & illorum undecim (inter quos Joannes Donna Anna, Engadinus transfuga, & eorum dux, antea Caſtri Teraſpi Præfectus) interficiunt: nullo ex Engadinis cæſo; ſed his præpinguem prædam recuperantibus.

Uranii Helvetii, de irruptione Cæſarianorum in Vallem Monaſterii, ab Abbate Diſertinēſi ſtatim commoniti; 600. ſelectis, ductore Henrico Vollebio, Curiam uſq;, auxilio veniunt. Reliqui Helvetii, 2. Febr. ad fines ſuos undiq; præſidiales copias; cæteraq; ad bellum neceſſaria, mittunt.

Dum miles Rhæticus in Valle Monaſterii eſt, Cæſarianis proximus: Curienſis & Cōſtantienſis Epiſcopi, de rebus inter Imperatorem & Cōfœderatos ſedandis, agunt. Fit compoſitio, utriq; parti tolerabilis: quâ ab armis diſcedere juſſum. Confœderati Rhæti domum ex Valle Monaſterii revertuntur. Cæſariani, pacis non uſque adeò ſtudioſi, Laudo diſcedentes, tres domos Cathedralium incendunt, & 400. prǫſidiarios, in oppido Glorii, in confinibus relinquunt.

Uranii, à Curienſibus humaniter tractati, de pace certiores facti, ad ſuos reverti volunt: & versus Sarunetes pergunt. Lucernates autem, Suitii, Undervaldii, & Tugienſes, ſecus ſiniſtram Rheni ripam, ad Scalam

lam montem, patrios lares repetentes, à præſidiariis Cæſarianis, in caſtro Guttenberg, quod trans Rhenum, è conſpectu eſt, contumeliis & tormentis bellicis petuntur. Illi igitur de his ſtatim Uranios ſuos, apud Sarunetes, commonent: qui illico cum Sarunetibus, ad ipſos cōvolant, & eodem modo à Guttenbergicis excipiuntur. Utriq; in pago Aſinatio, caſtra ſimul ponūt.

Nefanda vero Cæſariani milites jactitabāt: blaſphemi in Deum, in beatiſſimā virginem Mariam, ac Sanctos; (ita ut animus ſingula referre totus horreat) & contumelioſi in confœderatos Helvetios & Rhætos, quaſi quorum exanimem & mortuum ante aliquot annos unum magis, quàm nunc decem vivos extimuerint. in mutuā propinatione vini, ſingulo hauſtu decem quisque Confœderatos interficiebat: imò Regi Romanorum, ad delendos Confœderatos, (mulgendis vaccis tantùm aptos) ſufficere ſolos ædituos ſuæ ditionis, qui ſono campanarum eos fugent, quidam proxeneta Auſtriacus, in conventu Glorii, jactabat. Cui Conradus à Marmore Rhætus argutè reſpondit, Confœderatos eisdem ſolos paſtores alpiū cum pedis ſuis oppoſituros.

Tota belligerandi ars jam penes ſolos Cæſarianos erat: quam etiam cōtra ſuperos exſecratiſſimis verbis proructabant. Confœderatis enim ſe veterem Deum, & Mariam apud Eremitas, cum garrulis & orgyalibus eorum precatiunculis, relinquere velle, ajebant: ſe viciſſim Juncker Jeſum (verbo *Juncker* nobiles compellari ſolent) in auxilium vocaturos, blaſphemabant: tam vaſtos præterea in Confœderatorum regionibus fumos excitaturos; ut Sanctus Petrus, Cœli Janitor, portas aperire minime ſit auſurus; Deumque ſummæ

inſi-

inſidentem iridi, præ ſæviente æſtu, pedes ad ſe trahere oporteat.

Flagrante bello, vitulum, Beneduri in Eſtionibus, baptizaverunt; illumq; *Amman Rudi* (Miniſtralem Rudolphum) vocaverunt: ſic abominandis picturis & dicteriis (Confœderatorum cum beſtiis commixtionem mentientes) impietatem ſuam aperiebant. Confœderati vero, poſtea loco potiti, & juſta ira commoti, illum combuſſerunt.

Die 6. Febr. ſexcenti ex Cæſarianis Rhenum tranant; Rheguſcos depopulari volentes. Hi ab Helvetiis fortiter repelluntur. Mox Tigurini & Glaronenſes, ſuis Aſinatii auxilio veniunt.

Curiales interea Oenipontani, ab Engadinis & Vallis-Monaſterienſibus, juramentum fidelitatis, connivente & aſſentiente Epiſcopo, expetebant: ita enim in compoſitione, per nominatos duos Epiſcopos facta, ſtabilitum fuiſſe, affirmabant. quod tamen in tranſſumpto & exemplari literarum, Rhætis dato, (quod penes ſe Henricus Ammanus, Curienſium ductor habebat) minime apparebat: ſic ergo blanditiis aliqui Cathedrales, ſub Caſa Venæ, (locus ſitus eſt inter Tuberium & Glorium; ita, quod ibi metalla purgarentur, dictus) ab Epiſcopo & Cæſarianis inducti, illud præſtitere. Major pars autem, cum ceteris Vallis-Monaſterienſibus & Engadinis, viriliter recuſavit. Nona ergo die poſt compoſitionem factam, Atheſini Cæſariani irati, Monaſterium Virginum, unde antea pulſi fuerant, vi occupant, igniq; conſumunt: Abbatiſſam, Emeritam Plantam, cum tribus aliis monialibus abducunt.

Hæc cum viderent confœderati Rhæti; finibus ſuis de præſidiis providere volentes, ad Clivum S. Lucii,

(locus

(locus ita dictus, quod illic quondam D. Lucius, cùm in Rhætiam ſuperiorem, convertendi populi, ad Chriſtianam fidem, iret, tranſcenderit) ubi tranſitus admodùm ſtrictus, & ad arcendas irruptiones Cæſarei exercitus commodus; aliquot milites, ſub duce Schonoughio, apud Ciceronianos Miniſtrale, ponūt.

Ludovicus autem, è familia Brandiſia natus, Vallis-Dulcis Dominus, & Cæſaris dux, cum aliis nobilibus, ex propinquis locis, militem, Velcurii congregandum, conſcribit. Multi tum erant ex Valle-Druſianâ, qui ſervitutis nomine Brandiſio obſtricti erant: cum quibus potiundæ Rhætiæ, præſertim Lupini oppidi, quod parebat ipſius fratri Sigiſmundo, rectâ ad S. Lucii Clivum tendit. Præſidiarios Rhætorum, cùm loco cedere non vellent, ferè omnes, unà cum eorum duce Schonoughio, cædit: & Lupinum (quorundam civium perfidia adjutus) ſtatim cum caſtro, eâdem die, quæ erat 10. Febr. occupat. Poſtera die Malauſiani & Gemienſes, in ejus verba jurare coacti ſunt. In oppido rebus ſuis non admodum fiſus, 400. præſidiarios, ex Valle-Druſianis & Pagannis, ibi relinquit: ipſe, cum Rhætos ex caſtri ſpeculâ adventantes videret, unà cum uxore fratris, & aliquot nobilibus, aſſumpta potiore ſupellectile, ad Vallem-Dulcem ſecedit. Clivo S. Lucii prius, equeſtri & pedeſtri militari manu providerat.

Fama, de capto Mayavillæ dominio, ſtatim ad vicinos Rhætigojos & Curienſes perlata; Rhætos omnes in arma vocat: qui Helvetios, confœderatis ſuis, omnia veloci curſu nuntiant. Tumultuarie interim ad loca capta feſtinant: conſilio prius ad ædem D. Volgangi, in nemore, (non procul ab oppido Lupino)

cum Helvetiis inito: cujus ſumma: ut Rhæti eo veſpere ad Clivum S. Lucii ſe conferrent, & diei ſequentis ſummo mane, hoſtes incautos ibidem aggrederentur; Helvetii verò ſuperato Rheno, Cæſarianos in vico Balzares exciperent.

Rhæti, pro exſecutione conſilii, ad locum deſtinatum veniunt: hoſtes jam cœnaturos, nullisque poſitis ſtationariis, inopinatos, (rati præveniendum tempori potius ſtatuto, quam talem occaſionem negligendam: inſuper ad vindicandam cædem ſuorum præſidiariorum, quorum ſanguinis veſtigia adhuc cernebant, cupidi) ſummo cum impetu, & alacri animo, adoriuntur: eos in fugam agunt: aliquot illorum trucidant. Hic, ex Cæſarianis unus ſaucius, & in ipſo ferè mortis articulo conſtitutus; cùm Rhætos inſectantes videret, à ſubſannationibus adhuc abſtinere non potuit: mugitumque tauri inſtar edidit. Ex Rhætis igitur miles quidam accurrit, eique genitalia abſcindit, dicens: hoc modo in patriâ noſtrâ tauros mugientes caſtrare ſolemus.

Mox, cùm ad fontem S. Catharinæ (locus in ipſis finibus eſt) deveniſſent, alium militum manipulum inveniunt. Acie itaque inſtructa, eundem adoriuntur: & ex eo 600. cædunt. Inter hos Ulmenſis Civitatis Signifer inventus fuit: qui vexillum dentibus prehenſum mordicus retinens, multis confoſſus vulneribus, dimittere noluerat. Reliqui fugantur, & aliis Cæſarianis advenientibus timorem & fugam communicant. Illico Rhæti, ſuperato hoſtium vallo, ibidem ſtructo, ad vicum Balzares, & ulterius ad nemus Triſienſe uſque perſequuntur. Opaco autem noctis præpediti, in eodem vico Balzares domum incendunt, ad ſe mutuò dignoſcendum:

ſcendum: cœnamque ibidem, more militari, ſatis lautam, ab hoſtibus paratam, ipſi ſumunt. In hoc prælio, ex Rhætis octo tantum cecidêre. Inter alios gloriosè ſe geſsêre, Hercules à Capaulo, Lombarenus de Lombareno, & Joannes Frantius ſlantinus.

Helvetii, audito fragore machinarum bellicarum, ex caſtro Guttenberg (cui præerat Uldericus à Ramſburg) adverſus Rhætos exoneratarum, eiſdem mille auxiliarios mittunt. Sed cùm illos, qui hoſtem inſecuti erant, non invenirent: inſtructâ acie, per totam noctem in armis, penes dictum caſtrum, manent; atque Cæſarianorum manipulus è prælio profugus, prope ipſos: utrique ita quieti, ut neuter alterius proximam ſtationem animadverteret.

Sequente die, quæ erat Martis, 12. Febr. Helvetii totis viribus, vadato Rheno (hoſtium copiis fruſtra eos impedire conantibus) ad pagum Treiſam contendunt. Rhæti, è loco pernoctationis ſuæ (ubi Sexamienſes ſex, cum presbytero, omnes vino obruti, & in longam diem uſque ſtertentes, ab hoſtibus occiduntur; presbytero captivo facto) prorumpentes, Helvetiis ſuppetias ferunt, & ita prælium Treiſæ crevit. Ex equeſtri & pedeſtri Cæſarianorum numero, 350. occubuere: ex victoribus ne unus quidem. Reliqui hoſtium per montem Treiſienſem fugati, in manus mille illorum Helvetiorum, Rhætis auxilio miſſorum, incidere: de quibus plurimi occiſi. E' 600. qui in templum confugerant, 200. Vallis-Druſiani erant: ad quos ſervandos, tota Vallis-Druſiana, cum incolis Treiſæ, fidelitatem Helvetiis & Rhætis jurant: quam tamen mox, defectione ſuâ ad Cæſarianos, iterum violarunt.

His peractis, eidem die, Vallem-Dulcem, ubi ca-

ſtrum Ludovici Brandiſii erat, petunt Helvetii & Rhæti. Illo, de ſe dedendo, cum ducibus tractante: caſtrum interim à gregariis militibus (ut quidam ſcribunt) occupatur, ſpoliatur, & comburitur: ubi in cella vinaria tredecim combibones, ignis obliti, fumo tandem pereunt. Ipſe Brandiſius, cum fratre Volgango, captivus factus, mox Raperſvillam ablegatur. 13. Febr. Rhæti, ita ſuadentibus ſociis, ad obſidendum oppidum Lupinum remigrant. cumque vi rem gerere vellent, obſeſſi gratiam implorantes, ſe dedunt. Sigiſmundus & Doricus Brandiſii, antè dictorum fratres, in caſtro ibidem inventi, Curiam ad fratrem eorum, Præpoſitum Collegii Curienſis, captivi deducuntur: Præſidiarii & ipſi Curiam mittuntur. Mox tamen, lytro perſoluto, liberati illi fuerunt. Quatuor (inter hos Joan. Volfius Ort, & Uldericus ab Eccleſia) ex civibus Lupinianis, proditionis, uti ſupra memoravimus, accuſati, decollantur. Caſtrum Lupini, ut etiam Aſpermontium, ſupra Gemeoſium ſitũ, more bellico captum, & à Schlandersbergiis tunc detentum, devaſtantur.

Poſt hæc ſtatim, 16. Febr. ex Griſæis & Cathedralibus aliqui, Davoſium miſſi, quæcunque eo in fœdere ad Auſtriacos pertinebant, ſibi vindicant: caſtrumque Caſtrenſe, in Valle Rhæticonia, occupant.

Die 20. Febr. Helvetii Ranck, illæ caſtra ponebant: Cæſarianis, quorum numerus circiter 10000. erat, Hardæ (locus eſt non procul ab oppido Brigantino) caſtrametantibus. Cumque utrinque ſe levibus velitationibus ſtationarii milites, ad Hochbul in S. Joannis (locus eminens ſic vocatur) tentarent, & Cæſariani Hardam uſque fugarentur: ibi tota hoſtium exercitus inventus fuit paratus. Helvetiorum cohortes omnes

omnes, interim à ſuis velitatoribus admoniti, convolant undique, & cum hoſtibus pugnam ſummis viribus ineunt: quorum 300. occidunt; omnibusque eorum ſupellectilibus ac impedimentis bellicis potiuntur.

Victores, à prælio in pago Hardà commorantes, in ſuprema contignatione ædium quarundam, ubi Raperſvillani hoſpitabātur, inveniebant ſimplicem Suevum, ex pugnâ profugum, & ibi latitantem; is in conſpectum militum productus, & in genua procidens, veniam his verbis petebat: O chari & probi ora vaccina, (*Kuemüler*: ita enim Helvetios adverſarii per contemptum vocabant) miſeremini mei miſeri! Hi verò iram cum riſu & minis miſcentes, eccur eorum gratiam ita cōtumelioſe imploret, rogitant: ipſe illachrymans, Deum & ſacra teſtatur, ſe alio eos nomine apud ſuos nunquam audiviſſe nominatos, nec de alio ſcire. Atque ita, ſimplicitati ejus indulgentes, ipſum in pace dimiſere.

Eadem 10. die, Henricus, Epiſcopus Curienſis, Caſtrum Fürſtenburgum, ubi à tempore tractatæ pacis commoratus fuerat, blandis & largis deceptus promiſſis, Cæſarianis contra Cathedrales ſuos tradit: inimis ipſe Oenipontum ablegatur: tandemque in miſeri (digna proditionis pœna) diem ſuum Argentorati claudit. Hoſtes caſtrum, ablata ſupellectili, comburunt. His moti Rhæti, cætera Epiſcopatus caſtra occupant, & communiunt: Belloſortum (die 4. Martii) & Strasbergum (die 5.) Auſtriacorum arces, in fœdere decem Juriſdictionum ſitas, reliqua duo fœdera capiunt, & igni ſacrant.

Die 9. Martii, Rhæti, duce prædicto Henrico Am-

mano, per Engadinam inferiorem, Oenotrium (vicus amplus in confinibus eſt) petunt, occupant, & ſpoliant: ex hoſtibus 6. occidunt. Rhætorum tunc duo deſiderati ſunt.

Poſtera verò die, Cæſariani parati, eos ex inopinato, & vino obrutos, adoriuntur, & loco cedere cogũt: multis priùs domibus igne abſumptis. Singularis tum virtus fuit, Herculis Pauli Curienſis: qui in ipſo incendio, Cæſarianis vexillum, cui Aquila rubea coronata pro inſigni erat, eripuit, & ad ſuos detulit.

Die 24. Mart. pugnatum fuit ad locum Sylva fratrum dictum, non procul ab urbe Baſilea. Cæſarianorum ſub duce Friderico Caplero, 8000. erant: ex quibus 600. cæſi. Ex mille autem Helvetiis victoribus, unus cum gloria mortuus eſt.

Die 25. hoſtium ingens numerus ad 15000. Rheno ſuperato, in Rhegauſes multa loca, ad Abbatẽ S. Galli pertinentia: duos item vicos, Ulderici Baronis ab Alto-Saxo, Helvetiorum fautoris: & Cambſum, quod Suitenſium & Glaronenſium ditionis eſt, ſpoliant & comburunt: atque ex Helvetiis, qui incauti oberrabant, 75. occidunt. Sed concurrentibus undique Helvetiis ex locis præſidiariis, hoſtes loco cedunt, 130. ex eis deſideratis. In tumultuario hoc prælio, Joan. Valus Glaronenſis, à ſuis commilitonibus caſu aberrans, & à 20. equitibus hoſtibus circumventus, nactus locum defenſioni aptum, ſtrenuè ſe haſta prælonga defendit, eorumque tres equo dejecit. Heroicum factum miratus Joan. Nicolaus à Brandis, eum humanis verbis compellans, ut ſe (promiſſa illi prius ſalute) dedat: quo facto, Velcuriam ductus, ab omnibus ſingularis cum laudis admiratione conſpectus fuit. Poſt etiam libe-

re di-

re dimiſſus, teſtimonium hujus facti publicum ab hoſtibus in ſcriptis obtinuit.

Crebræ interim inter Helvetios & Cæſarianos, in loco Suaderloch, (nemus eſt nõ procul ab urbe Conſtantiâ, quæ ipſi etiam Suevico fœderi ſe conjunxerat) ubi Helvetii præſidia ſua habebant: itemque apud Rhegnſcos, in Valle Leimiâ, & aliis in locis, velitationes erant. Tandem, undecimâ Aprilis, in dicto loco Suaderloch, ad prælium apertum deventum eſt. Cæſarianis notum erat, quod 7000. Helvetiorum in Rhegnſcis eſſent. Volfius ergo Comes à Furſtenberg, Cæſarianus dux, ex urbe Conſtantiâ & Richenovia, 8000. ſuorum colligit: Ermatingen, Tribeltingen & Mannebach ſummo mane occupat. Ex præſidiariis Helveticis, quorum 400. erant, 73. incautos trucidat: cæteros fugat. Claſſicum inter proxima Helvetiorum præſidia canitur: quorum ad 1500. congregati, hoſtes prædâ onuſtos, & Conſtantiam repetentes, inopinatos, ex proximo nemore, ſub veſperam adoriuntur: 2700. circiter occidunt. Multi in proximo lacu & Rheno ſuffocati: & ita eodem die victi & victores extiterant. Unum ſolum ex ſuis Helvetii, in hoc ultimo conflictu, amiſêre: præda tota recuperata fuit. Helvetii & Rhæti in Valle-Dulci caſtrametati erãt, & cum deſiderio copias hoſtium, quæ in Valle-Druſianâ conſtructo fortiſſimo vallo deliteſcebant, exſpectabant: ut nempe caſtro Guttenberg, à Rhætis in eum finem obſeſſo, ſuppetias ferrent. Sed, cum nemo prorumpere vellet, 20. hujus menſis, inſtructâ acie, Vallem-Druſianam, ut hoſtes retro aggeres opprimerent, petunt. Cujus rei conſcii hoſtes, claſſico dato circumvicinum populum undiq; ad aggeres ſuos, & Fraſtentiam, retro aggeres ſuos,

ſuos, convocant. Parti exercitus Helvetici, mons altiſſimus, Lanzegaſt dictus, ſuperandus erat: id quod Henricus Vollebius, Uranius Dux, cum 2000. ſelectis, feliciter præſtitit. Hi Præſidiarios ibidem, quorum 1500. minarum foſſores, præ cæteris celebres erant, & chalybea cohors ob fortitudinem vocabantur, audacter aggrediuntur, & cædunt; ita ut 200. tantum elapſi ſint: qui in manus reliqui exercitus Helvetici incidentes, trucidantur. Aggeres nullo labore occupantur: ubi Cæſariani reliqui, in duas acies diſtributi, eadem virtute ab Helvetiis, (qui ſe, dum hoſtium tormenta bellica exonerabantur, humi proſtraverant) funduntur: fugitivi vero in Rhætos, ad ſarcinas & impedimenta bellica cuſtodienda ordinatos, incidunt. Sic igitur ab utraque parte preſſi, plurimi in illum flumen ſe præcipitant, quos cum cives Velcuriani a longinquo advehi aqua viderent, rati Helvetios ſubmerſos eſſe, ſignum lætitiæ, campanarum omnium ſono, excitant: at propius eos conſpicientes, & pro ſuis agnoſcentes, in luctum & funebrem ſonum campanæ pulſantur.

Ex hoſtibus circiter 3000. extra aquam occiſi ſunt. Inter hos, ſtrenuè ſe defendens, occubuit Joannes Nanus a Nænzinga. Mille circiter aqua ſuffocati. Prædam ingentem victores adepti ſunt; & ex ſuis undecim tantum amiſerunt: inter quos fuit, nunquam ſatis laudatus & fortiſſimus Vir, Henricus Vollebius Uranius: qui cum Ulderico, Barone ab Alto-Saxo, præſtantis gloriæ coronam meruit.

Oenotrii, ut antè monuimus, à Rhætis relicto: præſidia Caſtris Remuſienſi & Ardetiano, ac aliis, imponuntur: quæ tamen paulatim, cum ab hoſte, alibi occupato, non premerentur, dilabuntur. Tirolenſes autem,

autem, adventu Cæſaris ex Menapiis, (qui hodie Geldrii) ad proximos Harudes, (qui nunc Briſgoji) exhilarati, animoſos magis ſe oſtentant: ut qui copias etiam ingentes in promptu haberent. Conſcripſerant enim, ultra ordinariam totius regionis Atheſinæ militiam, mille & quingentos Lanciferos: ita ut totus numerus ad 15000. ſe extenderet. Hos in Vallem-Venuſtam, Laudum uſq; deducunt: ibiq; prope in Caſa Venæ, intra Laudum & Tuberium, vallũ fortiſſimum, ex lignis contignatis, & terrâ expletis, ab uno montis pede ad alterũ tendens, (ſic ut tranſitus clauſus eſſet) conſtruunt. Engadinam inferiorem ad Pontem altum uſq; occupant: reſiſtẽtes incolas occidunt, vicos decẽ deprædantur & incendunt: captivos (quorum multi erant) triduanâ inediâ templis incluſos vexant: iisdẽ, ut cæteris locis parcerent, contributio pecuniaria imponitur: quam cùm in promptu pendere nõ valerent; ex primariis regionis obſides triginta tres ſecum, donec promiſſa ſumma perſoluta eſſet, Meranum deducunt. Populus in verba Cæſaris, præeunte Joanne Schulero Davoſiano, Imperatoris in caſtro Caſtrenſi prius Præfecto, & nunc inter præcipuos duce uno, jurare cogitur.

Ex Engadinis inferioribus multi, ad ſuperiores transfugerant: qui cum aliis Rhætis auxiliaribus, Cæſarianos in monte Valderâ (qui inter Zernetianos & Vallis-Monaſterienſes eſt) 11. Maji, levi prælio aggrediebantur: 27. ex hoſtibus interfectis, ſeptem vero ex Rhætis, deſideratis. ob denſitatem nemoris, a prælio aperto utraque pars abſtinere cõgebatur.

Reliqui interim confœderati Rhæti, fata ſuorum miſerati, (Vallem enim Monaſterii, hoſtes, copiis in-

gentibus & aggeribus ſuis confiſi, iterum igne vaſtaverant) cum quatuor millibus ſelectis, ipſo die Pentecoſtes, Engadinam inferiorem petunt: poſteraq; die in Vallem Monaſterii deveniunt. Horum adventus ab hoſtibus, irriſoriâ potiùs, quàm militari proviſione, excipiebatur. Ampullas enim & ſeſquipedalia verba, more cõſueto, projiciebant: non ſolum Confœderatis, ſed univerſo orbi, retro vallum ſuum ſecure inſultantes. Unus tamen Joannes Nicolaus à Brandis, (cujus ante mentionem fecimus) Cæſarianorum Cataphractorum dux, ipſo Pentecoſtes feſto, ſuas ipſemet inungebat ocreas; cæteris mirabundis, deque violato feſto increpantibus, reſpondens: Si Rhæti Griſones, ut fama conſtans eſt, adventant: (horum enim virtutem indomitam ad Clivum S. Lucii, ubi in feſtis Bacchanalibus ſanguineam choream cum noſtris duxere, & alibi quoq; cognovi) qui cras ocreas ſuas inunget, illi axungiam & ocreas ipſe, quibus per vitæ curriculum uſurus ſit, ultro contribuam. Atque ita fugâ maturâ ſalutem ſuam, reliquis admonitis, quæſivit.

Die Martis proxima, ſub noctem, a Rhætis, de aggrediendo hoſte, conſilium capitur. Seliguntur, pro exſecutione ejus, ex toto exercitu aliquot: qui cum magna parte Engadinenſium, & Vallis Monaſterienſium, quibus omnium locorum anfractus ibi noti erant, Montis altiſſimi, Schlingæ dicti, crepidinem ea nocte ſuperent; & hoſtes, retro memorata valla ſua, à tergo aggrediantur. Monte ipſo tandem, magno labore, ſuperato: (opacum enim cœlum erat: ita ut aliqui errantes Scolium, in Engadinam inferiorem, pervenerint) ſociis, prout concluſum erat, ſtabulo incenſo, & expanſo velo candido, ſignum dant. Per deſcenſum

ſum Montis, hoſtes, invocato Nomine divino, die Mercurii, 22. Maji, viriliter aggrediuntur. Equitatum primo, ſibi obviam factum, ad peditatum uſque, in tres acies diviſum, fugant: ubi Equites cedentes, ſeque cum primo peditatus manipulo conjungentes, fortiter pugnabant. Ex Rhætis non pauci, præſertim tormentis bellicis petiti, occubuêre. Sed tandem & illi fugantur. Secunda verò peditatus acies, à noſtris etiam ſternitur & diſſipatur: ambiguâ tamen adhuc Martis aleâ, adeo ut reliquus exercitus crebris nuntiis, qui arma ſanguine madida oſtentabant, ſollicitaretur. Statim ergo omnes, in tres manipulos diviſi, quorum etiam aliqui per flumen Rhamum, lumbotenus feſtinabāt, (antea, uti quidam ajebant, à Theodorico Freulero Glaronenſi, Caſtri Berenburg Præfecto, quâcunque tandem intentione, præpediti) animo intrepidi, præſto ſunt; ac poſt duram pugnam, ſuperatis aggeribus & propugnaculis, hoſtes in fugam agūt. Horum alii, Glorium verſus; (quos illi per oppidum ipſum, & ultra, perſequebantur) alii ad pontem Laudenſem (quem hoſtes, per inſidias, ut Rhætos præcipites darent, abſciſſis ferè ſublicis, in damnum proprium conſtruxerant) contendebant; plurimis ibi, in Rhamo flumine præterluente, ſuffocatis: alii, per deſcenſum Montis, iter versus Oenotrium ſumebant; qui omnes propè, aut aqua ſubmerſi, aut confoſſi ſunt. Ex hoſtibus tunc, præter numerum in aqua ſubmerſorum incertum, ad 6000. occubuêre: Rhætorum verò Griſonum ad 250. cecidêre. Pugnæ præcipuus locus fuit in campo Caſæ Venæ: non procul à Campis Malſii: unde poſtea nomen retinuit. Prædam ingentem, omnis generis apparatus bellici, nacti ſunt Rhæti: ve-

xillum item Tirolenſe, & ſeptem alia ſigna militaria.

Magna quidem omnium fortitudo tunc apparuit: aſt heroicam laudem, præ cæteris, meruêre, Conradus à Marmore, Grallator dictus; Dominus Rhætii, cum duobus filiis, Rudolfo & Joanne; Benedictus à Fontanâ; Supraſaxienſis; (qui ſtrenuè Vallum hoſtile ſuperavit: cumque ab interiore ſui parte cæderetur; unâ manu ilia ſaucia tenens,& alterâ ſe defendens, inclamâſſe fertur: O' macti virtute,ſocii eſtote; nec mei unici hominis caſum moramini: hodiè enim, aut victores patriam, & fœdera veſtra libera ſervare poteritis; aut victi perpetuum jugum etiam poſteris relinquetis:) Lombarenus itẽ de Lombareño, Gulielmus Ringgius, Jacobus à Monte, Jacobus & Thomas Plantæ, Petrus Gulerus Davoſianus, decem jurisdictionum fœderis dux precipuus. Bombardarii etiam duo; alter Gallus,à Joanne Jacobo Trivultio, cum quatuor colubrinis bellicis, miſſus; alter Rhætus, Uldericus Stubenvollius; in machinis diſplodendis ſtrenui fuêre. Duram autem ſortem ſubivêre, obſides illi triginta tres Engadini. Cæſariani enim,ex prælio profugi,& toti exacerbati, Meranum venientes,obſides illos ſibi dari petunt:ſecùs,vim & incendium oppido minitantur. Eos igitur inermes,& qui nihil aliud,niſi arma ſibi ad fortiter occumbẽdum dari, efflagitabant, (ex quibus Janus Simon Barbleta Lavinienſis, & Balthaſar Claudebulius Suſienſis, ereptis ex manibus hoſtium bipennibus, diù ſe defendêre) in fruſta, manibus pedibusque abſciſſis, partiuntur.

Victores Rhæti, nonnullos in Vennonibus pagos depopulantur,& incendio (par pari referentes) abſumunt. Et quiſque, nullo poſt ſe militari relicto præſidio,

dio, prædâ onuſtus, (ubi multæ Engadinæ mulieres maritos & victoriam ſecutæ erant) domum repetit.

Cæſar interea, qui Friburgi Briſgoiorum erat, de infelicibus ſuorum præliis certior factus, Velcuriam venit. inde Vallem Druſianam, cum collecto exercitu, cujus major pars equites erant, petit. hinc Engadinam, 8. menſis Junii, invadit.

Omnia loca, ad fontem Merulam uſque, (qui in medio ſuperioris Engadinæ eſt) milites igne devaſtant. Incolarum aliqui, Zutienſes putà & Scanfienſes, viſâ hoſtium ſævitia, proprios pagos, defoſſis in terram priùs bonis magìs precioſis mobilibus, ipſi incendũt: & per montem Albulam, Curiam verſus refugiunt. Dux Equitatus erat Joannes Comes à Sonneberg: qui etiam auxilia, à Ludovico Moro, Mediolani Duce, Cæſari miſſa, excepit: hæc verò per Lavinium & Caſannam montem, Maratius Lavinienſis, faber ferrarius, homo ſurdus, ad Cæſarianum exercitum perduxit.

Joannes Schuolerus Davoſianus, Cæſarianarum copiarum ductor, ad Rhætigoios opprimendos, deſtinatus erat: verum ad confinia ubi ventum eſt militi edicit: ſe quidem eum in Rhætigoiam, quam cernerent, ducturum; cæterùm de receſſu ſibi quisque ipſe conſuleret. Sic gravius onus, reflectere gradum, quam deſcendere, quisque ſecum reputans, ad ſuos in Vallem Druſianam revertuntur. Apud Cœnobianos tamen Rhætigoios, quidam incolæ, Cæſari faventes, & cum deſiderio militis adventum exſpectantes, apparatum lautum, de more regionis, pro excipiendo milite, inſtituerant. Quidam ex eis, cùm nullum aliud ſignum militare, ad declarandum animum ſuum, habe-

ret;uxoris veſtem rubram diſſecuit,teſſeram inde Auſtriacam ſibi texens. Hic proinde,ſedatis rebus hujus belli, ab Imperatore, hominis ſtudium admirante, liberaliter tractatus fuit.

Rhæti, de his inopinatis Cæſarianorum irruptionibus per Engadinos certiores facti, ſocios undique de auxiliis interpellant; & extemplo Engadinam petunt. Cæſariani,eorum adventum & conſpectum non ſuſtinentes, celeri gradu recedunt. Adſunt Helvetii, Tigurini, Uranii & Glaronenſes; ac per montem Albulam, ad Rhætorum exercitum Malii, veniunt. cæteri,Davoſium uſque: ubi per feſtum D.Ioannis Baptiſtæ,parochialis Eccleſiæ patroni,commorantur. Mox rumor inter eos ſpargitur: Cęſarem,relictis Vennonibus, per montem Arulam, cum exercitu ſuo alio diſceſſiſſe; & ab alia parte irruptionem parare. Proinde, potiore ſuffragiorũ voto, iter eo flectunt. Rhæti interim Vennonum regionem deprędantur, ad Caſtrum-Bellum uſque, ubi aggeres Cæſarianorum erant. unu in velitatione ſemel viginti ſex Engadini; ex hoſtibus verò longè plures, occubuere. His perterriti Metanenſes, cum circumvicinis pagis magnam pecuniæ ſummam, qua ſe à depopulationibus ſervarent, offerunt.Helvetii verò,qui Malii caſtrametati erant,de ſociorum deliberatione, Cæſariſque profectione certiores facti, ulterius progredi, inſcio ipſorum magiſtratu,recuſant.atque ita re infecta diſceſſum fuit.

Cæſariani, de Rhætorum & Helvetiorum profectione ad Vennones plenè informati, copiis ingentibus undique collectis,per Clivum S.Lucii, (eo uſque enim exploratores ſuos miſerant)Rhætiam occupare ſibi imaginantur. Sed claſſico per Rhætiam & Saru-

netum

netum ditionem dato, Helvetii, qui patriam repetentes, Vallenſtadium uſq; jam pervenerant, confeſtim revertuntur: quorum adventu hoſtes perterriti, pedem reflectunt: à Confœderatis tamen, ultra præſidium ordinarium, 600. alii milites, in Clivo S. Lucii relinquuntur.

Hoc flagrante bello, multæ prædę pecuariæ, à Cæſarianis, ex Engadina, Rhætigoiâ, nempe ex Caſtrenſium & Acerſienſium montibus, & cõvallinorum alpe Silvapinâ, Valle S. Antonii, ac Sturvia, ditionis Majævillanæ, aliisque locis confœderatæ Rhætiæ, ſunt abactæ: aliquot etiam homines interfecti; alii captivi abducti. Rhæti quoq; viciſſim, præſertim Engadini, mutuâ deprædatione, graviter hoſtes vicinos ſunt ulti.

Ludovicus Maurus, Mediolani Dux, res Cæſaris minùs proſperum ſortiri effectum cernens, pacem, per Legatum ſuum, Galeatium Vice-Comitem, ſollicitat. Idem, Rex Galliæ, Ludovicus XII. per Legatũ ſuum, Epiſcopum Caſtelli, aſt alio fine, tentat: Confœderatis prius ex vigore fœderis, bellicis tormentis, cum apparatu neceſſario Solodurum uſque, ſubſidio transmiſſis. Imperator autem, vano Aſtrologorum judicio, ſeductus, victoriam certã de Helvetiis ſibi promittit, proindeq; pacis ſtudio minus tenetur.

Dum hæc ita tractantur: Præſidiarii Cæſariani 500. qui Pfuntii in Valle Oenanâ erãt, 18. Julii, per Samnonum, (vallis hæc ad Engadinam inferiorem pertinet) ad Celinum vicum devenıunt. Populus tunc exſequiis mortui cujusdam intererat: in ædibus mortui anus quædam, Lupa vocata, prope ollas, ad parentalia parandi, relicta erat. hæc ab exploratore hoſtium, de tanto apparatu, interrogata, reſpondet: Pro adventante

tante Rhætorum ac Helvetiorum exercitu parari; & interim clarà voce ſuos è templo evocans. Hi ergo arreptis crucibus, quibus pro vexillis utebantur, hoſtes intrepidè adoriuntur; & ex eis per nemus dicti vici fugatis, 47. occidunt. Hoſtium multi, de proximâ rupe, ſe præcipites dabant; ita ut ultra centum ex illis occubuerint: aliqui etiam captivi detenti; ex victoribus autem nullus deſideratus fuit.

Ejuſcemodi argutum reſponſum, paulò pòſt, Cæſarianis exploratoribus dedit etiam alia mulier, in pago Cernetii. Cum enim ignes in montanis, pro more regionis, ad arcendam pruinam, ne ſegetibus obeſſet, excitati eſſent: Helvetiorum & Rhętorum exercitum, Davoſio, per montem Flolam adventare illa dicebat; hoſque fumos excitare: ſpeculatores igitur ad ſuos reverſi, eos à propoſito opprimendæ regionis deterruêre.

Quotidianæ etiam Helvetiorum cum Cæſarianis erant velitationes, & excurſiones in Latobrigos, Tulingos, Sequanos. Et hoſtes viciſſim, Helvetiorum fines infeſtare non ceſſabant.

Tandem, ad caſtrum Dornaccum, quod Solodurenſis ditionis eſt, 22. Julii, ad prẹlium apertum eſt deventum. Cæſariani, duce primario Comite Henrico à Fürſtenberg, (qui penes ſe Burgundos Equites, à Philippo, Imperatoris Maximiliani filio, cum 4000. Geldriis ſelectiſſimis, miſſos habebat, adeo ut totius exercitus numerus ad 15000. aſcenderet) Caſtrum Dornaccum obſidebant. Helvetii, ad ſolvendam obſidionem, prompti adſunt; & hoſtes incautos obruunt. Admonitus namque ab aliquibus Comes, ne ita ſecurè in camiſiis & crepidis milites obambulare fineret,

utque

utque ſtationes vigilum conſuetas inſtitueret; Helvetiis in aliis locis, præſertim Suaderloch, laborandum eſſe, reſpondebat; nec inſtar nivis ubique decidere: qui timeret, loricam inducere jubebat. Multi initiò, inter ſuos rixam exortam rati, ad pacem conclamant: mox verò, ubi hoſtem adeſſe vident, ſtrenuè ſe defendunt; Geldrii præſertim, & equites Burgundi. Supervenientibus verò Lucernatibus, & Tugianis, locum Cęſariani dedêre; ex quibus ultra 3000. unà cum exercitus duce, cæſi. Helvetiorum etiam plus quàm centum tunc occubuêre.

Hoc ex octo præliis campeſtribus (poſt illa, ad Clivum S. Lucii, Treiſæ, Hardæ, ad ſylvam fratrum, in nemore Suaderloch, Fraſtentii, in campis Caſæ venæ ſeu Malii) ultimum fuit: quæ omnia intra quinque ferè menſium ſpatium geſta ſunt. Singularis Confœderatorum pietas, mutuus amor & fides, cum ſumma celeritate & vigilantiâ conjuncta, tam glorioſam victoriam paravit. Cæſarianorum in illis ultra 25000. cecidere; Confœderatorum non ultra 800. deſiderati. Pacem igitur, majori ſtudio, quàm unquam antea, Mediolani Ducis Legatus promovet. Cæſar quoque adverſitate fortunæ territus, ad eam inclinat: nec ipſi victores ab eâ alieni ſunt. Tandem Baſileæ, (habitis priùs Comitiis Lucernæ, Scaphuſii, & alibi) 22. Sept. pax utrique parti acceptabilis, præſentibus partium Oratoribus & Deputatis, concluditur.

EXPLICITI è BELLO SUEVICO, quâ brevitate fieri poteſt, alterum quoque, cum Jo. Jacobo Medicæo, arcis Muſſii Præfecto, geſtû, enarrabimus. Iſte, Bernhardini, civis Mediolanenſis, & Medicinam ac Chirurgiam exercentis, filius fuit; & inde Medichi-

nus dictus, quanquam moderni aliqui ſcriptores, ejus familiam, à Mediçeorum Florentinorum domo, quorum aliqui factionibus pulſi Mediolanum devenerint, deducant. Ab ineunte ætate, militarem ille ſpirabat animum: proindeque ad interficiendum Hectorem Vice-Comitem, Monſignorinum dictum, facili negotio conductus, unâ nocte, facinus illud perfecit. Cędis autor credebatur Hieronymus Moronus: qui, compenſationis ergò, ad Præfecturam Muſſii, à Blaſio Malacridâ detentam, Medicæum promovit: (Caſtrum hoc à Jo. Jacobo Trivultio initium habuit: in cujus ignominiâ, Anno 1500. exciſum, Anno 1508. eorundem impensâ, qui diruendum curaverant, reſtitutum fuit) Mirâ autem aſtutiâ Mediçus, in caſtro hoc adipiſcendo & retinendo, eſt uſus. Cæſaris enim & Sfortiadum partes primò ſecutus; cùm Franciſcus, Galliæ Rex, qui totis viribus Papiam tunc oppugnabat, in exercitu ſuo ſex mille Rhętos haberet: hoſce ut Regi ſubtraheret, conſilio cum Cæſarianis habito, ſocium ſibi aſſumit Gerardum, Comitem de Arco, quondam Comi Præfectum: quem, collecto aliquo milite, ad locum Pizium dictum, non procul à Malaguardâ (Comitatus Clavennæ pago) ſubſiſtere jubet; viginti duobus ſelectis, duce Franciſco Matto Cremonenſe, præmiſſis.

Anno 1525. 8. Jan. ad oppidum & caſtrum Clavennæ noctu deveniunt, & in locis illis ſaxoſis latitant. donec Commiſſarius Rhætorum, Volfius Sylveſter, aſtu, ut ferebatur, quorundam incolarum ad cœnam evocatus, (alii ſcribunt, Commiſſarium, cum filio manu ducto, ad equile accedere voluiſſe; ſimulque tres proditores ſimulâſſe ipſi reducere captivum facinoroſum, qui paucis antè diebus è carceribus ei aufugiſſet; eoq; nomine

nomine illum eis obviàm iviſſe) ad caſtrum rediturus, in manus ipſorum incidit; quem illi captum ante portam Caſtri deducunt;& mortem, admotis jugulo pugionibus, interminantur; niſi claves per familiam, quę ex ſolis fœminis in arce erat, ipſi tradi curaret. Ille fortiter reſtitiſſe fertur;& familiam, ne claves dejicerent, ſæpiùs inclamâſſe. Uxor autem & filiæ, vitæ mariti & patris timentes, eas tandem tradunt. Caſtro hoc ſtratagemate capto; urbem quoque non magno labore adipiſcuntur: cui Franciſcus Mattus, abſente Medicæo; caſtro verò, Capitaneus Bologna, imperant.

Hoc felici rerum ſucceſſu, Triumpilinos populos, (Rhætorum ibidem Commiſſario, Conrado Plantâ Cernetienſi, viro ſtrenuo, in patriâ ægrotante, & ejus vices obeuntibus filiis adoleſcẽtibus, Joanne & Conrado; qui vix Tyranni manus per Montungum, Miſaucum versùs, effugêre) in ſuam poteſtatem redigũt. Audacioresq; facti, ponte ſuper Lario, ubi anguſtior is eſt, ſtructo, Volturenæ expeditionem ſtatuunt. Alebii aliquot Vallis incolas fundunt: vicum capiunt & diripiunt. Mox cum equitatu ulterius progreſſi, cùm obvium haberent Vallis Gubernatorem, Joannem Traverſium, (celerrimo curſu, è caſtro Furſtenburg, quo ſe Reip. causâ contulerat, cùm de capto oppido & caſtro Clavennæ certior factus eſſet, in Volturenam reverſum) cum aliquot Rhætis confœderatis, cæteris Volturenatibus; non procul à pago Talamonâ, (Morbenium jam captum erat) equites illos retrò agunt, & ex totâ valle fugant: Morbenium oppidũ recipiunt; &, quo valent modo, ad reliquorum Rhætorum adventum communiunt.

Rhæti confœderati, claſſico dato, undique convo-

lant: Commiſſarium Caſtaneti, in pago Prægalliæ inventum, Plurium deducunt: eumq; per furorem, non quòd proditionis convictus; ſed quòd rei privatæ potiùs, quàm boni publici, ſtudioſus, non duos famulos, (uti præceptum illi erat; & ipſe ſalarium proinde exigebat) alterumq; ex eis, non ſemper in caſtro habuiſſet; decollari faciunt. Oppidum ſtatim obſident: urgentque ab unâ parte Prægallienſes, cum ſociis, qui per ſeptimum montem venerant.

Hos oratione prolixâ, ad impetum faciendum ſub veſperam, pluvioſo admodùm cœlo, excitat Gubertus Caſtromurus Scholaſticus Pręgallus. Sed in ipſo conflictu, ad hoſtes, ubi frater ejus Pauletus erat, tranſit. Griſæos verò, qui Betti, ab altero urbis latere, erant; cùm ſe ad Cathedrales conferre vellent; 700. Hiſpani Præſidiarii adoriuntur: quos illi viriliter cedunt, & fugant; partemque oppidi Ultra-Mairani occupāt: (ubi fortiter pugnando cecidit Hilarius, Ammanus Sexamienſis) hoſtes ad ripam uſque Metiolam Larii lacus inſequuntur, & multos trucidant: ibique etiam alios adventantes, & de navibus deſcendentes, pari animoſitate excipiunt, & occidunt: multi in lacu & Mairâ fluvio ſubmerſi: adeò ut numerus interfectorum ultra 800. excreverit. Multi præterea capti, è quibus ſartor quidam Clavennenſis, arcis proditor, ſuſpenſus fuit. Hoſtium quoque ſupellectilibus, & vexillis militaribus, potiti ſunt Rhæti: ex quibus pauci deſiderati. Dies conflictus, fuit 21. Januarii.

Rhæti interim, ſuaſu præcipuè Ferdinandi Archiducis Auſtriæ, & Imperatoris fratris, (qui, Legatis propterea ad eos miſſis, magnam erga ipſos benevolentiam præ ſe ferebat) ſuos milites Ticino, è caſtris

Galliæ

Galliæ Regis,revocant:qui etiam paulò pòſt, liberaliter , dato trium menſium ſtipendio , à Rege dimiſſi fuerunt.

Militiæ autem Duces in Valletelinâ, Clavennam ſe conferunt;de obſidione oppidi & arcis deliberantes. Hac arreptâ occaſione,Comes de Arco,cum 1500.militibus,quorum multi Neapolitani erant;Vallem (ubi milites, ducibus deſtituti, ſecurè per vicos hinc inde exſpatiabantur) denuò invadere ſtatuit: lacui dominatus,viam propè præſciderat:ita ut duces, per montem Berninam,in Vallemtelinam redire cogerentur.

Die ergo 2. Febr. hoſtium adventu & deſcenſu ex navibus,jam cognito; omnes, ſacris peractis, & cibo refecti, a Morbenio & Trahonâ, (ubi Decem-Jurisdictionum fœderis exercitus erat; & eorum dux primarius, Joannes* Gulerus Davoſianus) ad pontem Mantelli conveniunt:ad cujus præſidium, 60. haſtatos relinquunt: reliqui ad vicum Dubinum, ab hoſtibus jam munitum, rapidè, confertimq; currunt: in hoſtes impingunt; quos clivo quodam, poſt quem latebant, veluti vallo,tectos,& acie inſtructâ paratos,inveniunt, eosque intrepidè adoriuntur. Illi noſtrorum impetum,poſt diſploſa tormenta,non diù ſuſtinuere:timoreque perculſi,terga dare cœperunt,& effusa fugâ ad lacum pervenerunt; ubi à noſtris, eos inſequentibus, partim cæſi, partim Abduâ flumine obruti ſunt: pars per pontem,Abduæ impoſitum, cum Comite de Arco,evaſit,Comumque petiit. Præter ſubmerſos in aquis, ultra 500. in campis mortui inventi: ex Rhætis quatuor tantum deſiderati. Tribus hi ſignis militaribus potiti ſunt. Strenuè inter alios pugnavit Bartholomæus Salicæus, Sondrii & Berbenni Archipresby-

ter: qui bipenni armatâ undecim hoſtium interfeciſſe dicitur.

Rhæti autem, qui prope Clavennam erant, oppido toti recuperando intenti, conveniunt cum Franciſco Matto Cremonenſi, Civitatis duce, qui morbum ſimulans (invito Medicæo) urbem dedit. Induciæ interim trimeſtres cum hoſte fiunt: & arcis Clavennæ obſidio admodùm lentè procedit; multis ex obſidentibus domum profectis.

Durantibus his induciis, Rhæti Legationem Oenipontum, ad Archiducem Ferdinandum, mittunt; deq; omnibus eum edocent: & cùm, ejus præſertim ſuaſu, ſuos Ticino revocaverint; ſibi caſtrum Clavennæ cum Triumpilinis reſtitui, obnixè petunt. Ille, cum Legatis Ducis Mediolani, inducias, quæ Calend. Majis exſpirabant, in quatuor alios menſes, ad 14. Menſis Septemb. prorogat. Comitia Davoſii indicuntur: & ad Mediolani Ducem, pro ratificatione prorogationis, Legati mittuntur.

Diu multumque interim de pace tractant cum Rhætis, Ennius Philonardus, Epiſcopus Verulanus, & Scipio Vitellianus, Ducis Mediolani Legatus: qui proinde in Rhætiam venientes, omnium reſtitutionem firmiter promittebant; modo Legatos illi ad Ducem Mediolani deſtinent. Noſtri, verbis ipſorum fidem habentes, ſex Legatos eo mittunt. Hos Gabriel, frater Jo. Jacobi Medicæi, (qui morbum ſimulabat) comitatur. Re autem infectâ, cùm ad ſuos reverti vellẽt; prope caſtrum Muſſium, à paratis ſatellitibus Medicæi, omnes (præter Aegidium à Monte, Præſidem fœderis Griſæi, qui Miſaucum petierat) capiuntur, & cathenis vincti ad eum adducuntur. De fide non ſervatâ

conque-

conquerentes,contumeliis excipiuntur. Ille,nullam ſe eis fidem ſervare teneri dicebat: quotidieque illis ſuſpendium, niſi Rhætis ſuis ſignificent, ut caſtrum Clavennæ cibari permitterent, minitabatur. Duriùs autem,præ cæteris,cippo conſtrictos,tractabat Joan. Traverſium Engadinum, & Jacobum à Caſtromuro Turrianum,Prægallum: quòd uterq; militiæ dux fuiſſet. Ex decem jurisdictionum fœdere, erat Caſpar Hoſſang Davoſianus.

Eâdem ipsâ die, quâ Legati capti fuêre, Bologna, Caſtri Clavennæ Præfectus, per colloquium cum Petro Simone Traverſio, Rhætici Præſidii Præfecto, ſe caſtrum inopiâ preſſum dedere velle ſimulat: ſed inſidiis interim ſtructis, hoſtes Traverſium ſauciant, & cum ſocio capiunt.

Præſidiarii ergo noſtri, adverſo ſuorum caſu magìs inflammati, obſidionem, tormentis aliis bellicis, Miſauco adductis,urgent. Medicæus verò,collecto exercitu ad 1500. Dalebium petit.

Rhætorum multi Trahonæ, ut diximus, caſtrametati erant: quos ille ex inopinato opprimere inſtituit. Sed magnanimo & forti gradu illi obviàm veniunt: adeò ut, ſi aliquantulo velocius inceſſiſſent, ipſum in fronte aciei conſtitutum cepiſſent. Fugâ itaque cum ſuis ſalutem ille quæſivit; non paucis eorum deſideratis.

Eodem tempore, Marcus Graſſus (ex conſilio cum Medicæo compoſito; quo Rhætos utrinque concluſos obruerent) Vallem Bitti, per Vallem Saxeam, cum 500. ſcloppetariis, ingreditur. Noſtri eum ad vicum Saccum excipiunt, & fugant. Idem poſtea reverſus, & eminùs noſtros de monte ſcloppetis petens, ex totâ valle

valle pellitur. Interea, per Vallem Madre, (è conſpectu oppidi Berbenni, trans Abduam) Jo. Baptiſta della Campanea Volturenus, perfidus in Dominos ſuos, hoſtem in Vallemtelinam adducere ſtudebat: tranſitus autem ipſi à Bergomatibus, Venetæ ditionis, quibus illa confinis eſt, inhibitus fuit: Rhætiq; ab eis ſtatim certiores redditi, rebus ſuis providêre.

Arx Clavennæ tandem, poſt diverſos impetus, (aliqui 150. ſcribunt) commeatu & viribus deſtituta, à Bolognâ Præfecto, qui liberè cum præſidio dimiſſus fuit, deditur; & cum caſtro Miſauci, aliiſq; in Valletelinâ, funditùs deſtruitur. Strenuam cum aliis ducibus operã, in hac obſidione, navarunt, Rudolphus à Marmore; Georgius de Georgiis Speluccnſis, (quẽ Joannes Traverſius, in Vallistelinæ gubernatione, ſucceſſorem habuit) & Petrus Simon Traverſius.

Helvetiorum autem duo Legati, in tres alios menſes inducias faciunt: & cum Rhętorum Legatis, ad caſtrum Muſſii, pro liberandis captivis; qui in ſextum menſem jam detinebantur, profecti, lytrum aureorum 11000. promittunt; & 5000. expromptè numerãt. Induciæ hinc per 6. alios menſes producuntur.

Brevi pòſt pax, mediante Claudio Duce Guiſio, initur: qui omnes Italiæ Principes & milites, contra Carolum Cæſarem, qui Regem Galliæ captivum detinebat, ad fœdus & unionem ſolicitabat.

Gallorum partes jam Medicæus ſequebatur: & infeliciter copias Rhætorum & Helvetiorum (uti ſuo loco explicabimus) ad Carathum, contra Cęſarianos duxit. Mox autem Cæſari reconciliatus, ejuſq; favore confiſus, Duci Mediolani, Franciſco Secundo, moleſtus eſſe cepit: neq; ejus imperium ulterius agnoſcit.

Totus

Totus ferè [illegible]us, a Neſſio ſurſum, ipſi ceſſit: & Leucum additum eſt. Inde ſe Marchionem Muſſii, & Leuci Comitem, vocabat: & præterea quotidiè locum aliquem vicinum, homo inquietus, depopulabatur, omnesq; occaſiones dilatandi fines ſuos quærebat.

Volturenam, ob viciniṫatem & amœnitatem, mente fixam ſemper tenebat: utq; ea potiretur, fieri commode poſſe putabat, per promotionem fratris ſui, Jo. Angeli (qui poſtea Papa factus, & Pius 4. vocatus fuit) ad Epiſcopatum Curienſem: jamq; annuo ſtipendio, Paulo Epiſcopo, pro renunciatione, promiſſo, connivente etiam Abbate S. Lucii, rem aſtute, pro more ſuo, aggreſſus erat: ſed hæc irrita, detectis cōſiliis, ceſſere.

Franciſcus, Mediolani Ducatui a Cęſare plenè reſtitutus, cùm ſibi ab alio imminente periculo nihil amplius timeret, Hiſpanica pręſidia, ex caſtro Mediolani & Comi, aliisq; locis, dimiſit. Medicæus itaq;, ex cohortibus Laurentii, filii Joannis Emanuelis, Hiſpani, Comi & Caſtri Mediolani Pręfecti, ad 900. veteranos, exiguo ſtipendio conducit: ſpem magnam opimæ in Valletelina adipiſcendæ prędæ, ſibi addens. Loca Larii lacus, Vallistelinæ & Clavennæ proxima, quę tenebat, communiebat: famà ſparsa, ac ſi hæc juſſu Ducis Mediolani gereret. Ad quod credendum Rhæti animum inducere non potuerunt: ac proinde Martinum Bovolinum, Miſaucienſem Juriſperitū, & Vicariatus munere apud Volturenos functum, ad Ducem mittunt. Hic domum ad ſuos reverſurus, à quatuor prædonibus, à Mediceo conductis, prope caſtrum Muſſii, in dumetis, cum filio unico comite, occiditur.

Spem autem victoriæ illi addebant fautores, quos nonnullos in Valletelinà habebat. Inter alios autem

proditoriè ſe geſſit, frater quidam Dionyſius, Ordinis Prædicatorū, in cœnobio Morbenii: qui poſtea, cum duob Rhætis, Gaudētio Suraſto Caſatienſi Prægallo, & Joanne Andreâ Supraſaxienſi, tertioq; extero, de Larii lacus accolis, ex familiâ Ritiorū, proditionis ſociis, in arboribus à Rhętorum exercitu, ſuſpenſi fuere.

Proditorum iſtorum ope adjutus, Morbenium, anno 1531. die Sabbathi, 12. Mart. noctu cum copiis ſuis conductis occupat: oppidum communit; fratre Gabriele ibidem, duce Præſidii, relicto. Rhæti confœderati, claſſico undiq; dato, tumultuariè accurrunt: & Volturenos, Sondrii congregatos, qui ulteriorem Vallis deprædationem, cum Gubernatore Vallis, impedire conabantur, ſecum aſſumunt: ad loca capta feſtinãt: prope pontem S. Petri, (ſub oppido Berbenni) in equites aliquot levis armaturæ, ex hoſtibus, incidunt; quos viriliter fugant, & cedunt: ac præſtò congregatis ſignis, nullo ordine ſervato, contra ducum ſuorum voluntatem, (qui hoſtem, commeatu deſtitutum, brevì ad voluntariam deditionem cogendum eſſe, ſuadebant) oppidum Morbenium oppugnant. Verùm impetus iſti, ut qui abſq; præcipuis bellicis inſtrumentis, ad oppugnationē requiſitis, fierent, prorſus irriti fuere. Multi ergo ex Rhætico exercitu ſclopetis, trabibus & lapidibus obruti, periêre. Inter quos fuerunt Joannes à Marmore, Rhætii Dominus, Suevico bello antè clariſſimus; Dieteganus Salicæus, animo & corpore magnus; & Martinus Traverſius. Sauciati etiam plurimi: ex quibus fuêre, Rudolphus Salicæus de Promontorio, Prægallus; Paulus Pitolius Davoſianus; & Franciſcus Albertus Bormiēſis, Eques auratus. Ex hoſtibus verò pauci deſiderati.

Confœderatos hinc ſuos Helvetios noſtri de auxiliis interpellant: qui (exceptis Quinq; Pagicis, contra Medicæum belligerare recuſantibus) ipſis Calendis April. præſto ſunt. Medicæus 3000. Lanciferos, ſibi à ſororio ſuo, Volfio-Theodorico ab Alt-Emps, promiſſos & cōductos, exſpectabat: hi tamen à Tirolenſibus, ex tenore fœderis hereditarii, & à Chriſtophoro Madrutio, Epiſcopo & Cardinale Tridētino, tranſitu prohibentur.

Cognito Helvetiorum adventu, & impedimento ſuis dato; commeatu inſuper deſtituti; & majori vi ac dexteritate preſſi, obſeſſiq; Morbenii, poſt 35. à capto oppido diem, de elabendo & fugiendo cogitant: eruptionem proinde ſimulant profuſam, & pugnam minitantur ingentem. Incolas & canes, ne ploratu & latratu eorum proderentur, cellis vinariis & intimis penetralibus includunt: & è loco prope montem, ubi nulla fugæ erat ſuſpicio, ideoq; negligentiùs à noſtris obſervabatur, noctu dilabi conantur. Noſtri tamen, à Stationariis ſuis admoniti, eos inſequuntur; multosq; illorum occidunt: alii lacu merguntur: alii per montē Colici; alii per naves ad hoc paratas, effugiunt: qui Grabedonam delati, locum communiunt.

Marcus Graſſus (cujus antè mentionem injecimus) duabus navibus in ſuperiorem lacus partem delatus, catenâ obductâ intercluditur, & cum ſuis capitur. Hic à belli ducibus, præſtito juramento de hoſte non-adeundo, dimiſſus, à gregariis quibusdam militibus, ducum promiſſa, tanquam ſe inſciis facta, improbantibus, Sondrii iterum in vincula conjicitur, ac Morbenium verſus ducitur. Conſtitutis ex illorum numero judicibus, ad patibulum, ut inſignis latro, conde-

mnatus, ſuſpenditur: cõclamantibus & crucem commendantibus incolis; præſertim mulieribus, deprædationibus quippe in ipſas immaniſſimus ipſe fuerat, ac violator pacis in Legatis Rhætorum, quos catenis vinciri curaverat.

Rhæti, Helvetiorum adventu exhilarati, (ex quibus Tigurini, Glaronenſes, Toggenburgii & Turgovii, per Clavennam, rectà ad Rhætorum exercitum appulerāt: cæteri per Vallem Miſaucinam, aliquantulo tardius venientes, ad alteram lacus ripam Menaſii caſtrametati erant) & à primis illorum adjuti, aggeres hoſtium ad ripam lacus deſtruunt. Mox etiam, machinis bellicis, mira dexteritate & induſtria Herculis, filii Rodolphi à Salis Prægalli, juvenis intrepidi, & poſtea Rhæticarũ copiarum ſub auſpiciis Galliæ Regis Franciſci, ſummi ducis, adductis, Dario primum, Turri & loco munito, quo prædas ſuas hoſtes deportabant, potiuntur. Oppidum poſtea Grabedonam, à 600. Hiſpanis, & 300. Neapolitanis detentum, hoſtibus dilapſis, occupant: eodemq; modo cum Monſonico & Dongo agunt; ubi adventantes Confœderatos hoſtis exſpectare noluit. Obſidio dehinc Caſtri Muſſi deliberatur. Rhæti, cum primis Helvetiis, Aduncj, ſub caſtro Muſſi; cæteri Menaſii, ut diximus, ex altera lacus parte, 27. April. caſtra habebant.

Franciſcus, Dux Mediolani, rem ſeriam à Confœderatis geri videns, Titum Iudicianum, Secretarium ſuum, in caſtra ad eos mittit; operamq; ſuam [illegible] offert. Miſſis ergo utrinq; cum auctoritate Legatis, conditiones, 7. Maji, 13. articulis comprehenſæ, [illegible] hoſte pellendo, ac mutuo [illegible]. Summa erat: Ut ſincera & mutua [illegible] inter eos vigeret & perſeveraret:

rarct: commeatus & commercia libera eſſent: Dux Franciſcus, miſſo exercitu ſuo, caſtri obſidionem urgeret; nec ab oppugnatione prius, quàm cœptum illud eſſet, ceſſaret: occupatum funditus, uti & turrim Olomæ, deſtrueret; neq; unquā illud reædificaretur: omnibus prætenſionibus ſuper Volturenā, Comitatu Clavennæ & Bormio, exemplo fratris Maximiliani, in perpetuum renuntiaret. Helvetii, (quibus dux miſſus erat, Henricus Rhonius Tigurinus) & Rhæti, 2000. milites, ad bellum finiendum, darent: quorum 1000. ſtipendia Dux Mediolani penderet: reliquos confœderati Helvetii & Rhæti alerent. Loca, quæ occuparentur, Duci cederent: pro expenſis, Dux Helvetiis & Rhætis, 30000. florenos aureos, tribus proximis, poſt finitū bellum, annis, perſolvendos, promitteret.

Dux ergo ut executioni negotium mandaret, ſe ad bellū navale & terreſtre, præparat: exercitus ſui duce, Franciſco Cribello, Mediolanenſe, creato. Neq; res ſuas interim negligit Medicæus: claſſem enim 22. navium habens, loca vicina omnia depopulatur, prædamq; Muſſium & Leucum defert. Ducalis exercitus, primo caſtrum Domgiellum occupat: inde ad oppugnationem arcis Monguttii, Alexander Gonzaga, Ducis Capitaneus, a Bentivolo Comi Præfecto mittitur: cujus primus impetus irritus fuit, 80. ſuorū deſideratis. Aſt Præſidiarii tandem, rerum penuria coacti, noctu aufugiunt, arcemq; vacuā relinquunt. Tum Ludovicus Viſtarenus, contra Medicæum cum [illegible] emiſſus, apud Menaſium, prope Helvetios caſtra ponit. Hoſtis, loco cedens, Mandelli ſe continet, illudq; communit: inde ad opprimendum Villarinū, magno impetu Menaſium deſerens, cum in paratos incideret,

cum ignominiâ ſecedere cogitur. Turris Neſſii â Ducalibus recipitur.

Medicæus, rebus ſuis diffidens, Cæſarem & Ferdinandum, Romanorũ Regem, ut pacem inter Ducem & ipſum conſtitueret, obnixè rogat. Cæſar Ducem compellat: qui, ob conditiones cum belli ſociis initas, ſe excuſat. Regem etiã Galliæ compellaverat Medicæus, caſtra ſua, Muſſium & Leucum, illi offerens. Sed neq; hic contra Confœderatos ſuos aliquid tentare voluit.

Arcem Muſſii, (ut antè diximus) Rhæti & Helvetii oppugnare decreverant; & magno proin impendio machinas tormentarias, in montis cacumen, quod arci imminet, pertraxerant, eamq; pilis ferreis petere cœperant. Sed de die in diem auxilia Ducis expectantes, remiſſiùs obſidionem urgent. Hinc occaſionem arripit Medicæus; & ope aliquorum fautorum ſuorum, patriæ proditorum, negligentiâ item ſupinâ Georgii Veſtiarii, Vigilum Præfecti, fiſus, noſtros conſcenſo culmine incautos adoritur & fugat: machinas per montis præcipitia deturbat: victoriamq; perſequens, Bellaſio Varenâ & Bellano, Ducalibus per intervalla profligatis, potitur, ac vicos diripit. Mandello mox diſcedens, Leucum cum omni exercitu ſe confert.

Viſtarinus, ne Medicæa claſſis in ſuperiorem lacus partem graſſari poſſet, apud Mandellum caſtra locat. [illegible] pars ſegnius bellum proſequitur. Medicæus enim claſſem in portum deducit, partemq; nautarum dimittit. Idem etiam Dux facit. Qua re perſpectâ, hoſtis reparatâ claſſe, Muſſium denuo cum ſuis petit; & aliquot obvia loca occupat.

Gon-

Gonzaga ad obſidendum Leucum deſtinatus erat: qui cum ibi negligentiùs ſe haberet: eruptionem Medicæus facit; eoque capto, omnes ipſius milites diſſipat. machinas bellicas in foſſas dejicit.

Quâ re intellectâ, Ludovicus Viſtarinus, ſummo mane Mandello adveniens, milites diſſipatos recolligit: machinas erigit; pontibusq; Abduæ receptis, obſidionem renovat. Medicæus obſeſſus, à Cæſare, militiæ duce, 400. Neapolitanos adductos Leucum introducit: horum auxilio, Ducalem cohortem, ſub Accurſio Laudenſi, apud Malgrate (vicum ab alterâ parte lacus ſitum) agentem, noctu, à proditoribus adjutus, profligat: Accurſium cum aliis occidit.

Hæc reſciens Dux Mediolani, Hieronymum Cribellum, Clanatum cum copiis, ad tuendum agrum Comenſem, mittit. Hoſtes cum claſſe per lacū interea prædantur: quæ ubi è conſpectu Mandelli venit, à Viſtarino tormentis petitur: ubi inter alios Gabriel, Jo. Jacobi Medicæi frater, cadit. Paucis poſt diebus, Aloviſius Borſerius Comenſis, Medicæi intimus, Muſſio Leucum cum claſſe proficiſcens, à Viſtarino ſupra Mandellum obruitur, & ſcloppeto trajicitur: naves quoq; ipſius capiuntur.

Medicæus his duobus fidis Achatibus privatus, animo abjecto, conditiones acceptabiles offert. Ita pax, mediantibus Auguſtino, Epiſcopo Vercellenſi, Marino Caracciolo Legato Cæſareo, Jo. Angelo, Medicæi fratre, ac duobus militiæ ducibus, uno Rhæto, altero Helvetio, concluditur. Ditionem ille omnem dimittit, recepta aliquantâ pecuniæ ſumma, & ſupellectili ſuâ retentâ: ſibi quoq; à commilitonibus rapinarum & flagitiorum impunitate impetrata; ipſe in agrum

agrum Vercellenſem, qui dominii Sabaudici eſt, concedit.

In decimum uſq; menſem, bellum hoc, perfidia & negligentia quorundam, protractum fuit. Caſtrum vero Muſſii, in exſecutione promiſſionis facta, ſtatim funditus deſtruitur.

PALLADIS RHÆTICÆ
LIBER QUINTUS.

DIUTIUS opinione, in his duobus bellis enarrandis ſum commoratus. Nunc ergo, quam maxime ſuccinctè, & chronologicè tantùm, recenſere animus eſt, quibus in bellis noſtri confœderati Rhæti, Principibus ſibi fœdere & amicitia junctis, auxiliares manus præbuerint, ac ſtipendia, cum ſociis ſuis Helvetiis, pleruntq; demeruerint.

In bello igitur Burgūdico (ut inde exordiar) anno 1476. contra potentiſſimū Carolum Burgundiæ Ducem, &c. Pugnacem dictum, ab Helvetiis & eorum belli ſociis geſto, Rhætorum noſtrorum multi, ſub auſpiciis Confœderatorum, militavere, & liberaliter tractati, in patriam ſunt reverſi.

Anno ſequenti 1477. cum Ludovicus XI. Galliæ Rex Helvetiæ & Rhæticæ gentis confœderatus, Ducatu Burgundiæ potiretur, illius milite & auxiliis in eâ expeditione uſus eſt. Burgundi, ſuo Duce cæſo, pro-

pria

priâ & ultroneâ voluntate, imò ſupplices, Helvetiis ſe dedere volebant. Verùm hi, neſcio quo ſinceritatis aut ſimplicitatis numine tacti, Galliæ Regẽ, jura quædam prætendentem, adjuvare maluerunt.

Anno 1480. idem Ludovicus cohortes Helveticas & Rhæticas conſcribit: cui 7000. præſtò ſunt: quos in campis Catalaunicis Galliæ, quàm humaniter & liberaliter exceptos, cùm pro hac vice operâ eorum ulterius non indigeret, ad patriam remittit.

Anno 1488. Sigiſmundus Archidux Auſtriæ, contra Venetos bello implicitus, milites ex Rhætis, præſertim Decẽ jurisdictionum fœdere, penes ſe habuit: quorum eximia fortitudo, in prælio Rovereti ad Atheſim habito, exinde apparuit; quòd victoriam inſignem ab hoſtibus reportarunt.

Anno eodem, à Carolo octavo, Galliæ Rege, bellum contra Franciſcum, Britanniæ citerioris Ducem, gerente, ex confœderatis Helvetiis & Rhætis 8000. conducti fuerunt: qui ſtrenuè ſe in prælio ad fanum S. Albini geſſerunt, victoresq; extiterunt.

Anno 1494. hic idem Carolus, Regno Neapolitano, aliisq; dominiis in Italiâ, potiturus, ſelectiſſimam turbam, ex prædictis ſuis Confœderatis ſecum duxit. Quorum tria millia, ſub Antonio Baſſæo, Ballivo Divionenſi, Genuæ; tria item milla in regno Neapolitano, reliquit. Hi viriliter ſe gerẽtes, ſub Duce de Obigny, Calabriæ Gubernatore, à Ferdinandi Regis Neapolitani exercitu, quem Conſalvus Magnus Capitaneus ducebat, victoriam ad Seminaram, prope mare, obtinuerunt: Iidem etiam, ſub auſpiciis Domini de Perſi, Gallici ducis, Comitem de Matalonâ, Ferdinandi Regis ducẽ, ad lacum Pizzolum vicerunt.

Alii, quos ſecū Neapoli reducebat anno 1495. 6. Julii in conflictu illo gravi ad Fornoveum, prope flumen Tarrum, de Confœderatis Italię, qui Carolum reditu prohibere conabantur, ſummam laudem, perſonam Regis tutando, viasq; cum aliis audacter aperiendo, reportarunt.

Eodem tempore, Ludovicus Aureliæ Dux, à Confœderatis Italiæ in oppido Aſtenſi obſeſſus, confœderatos Helvetios & Rhætos ſecum habuit: ultra quos Rex Carolus, ſub eodem Ballivo Divionenſi, 10000. alios conduxit. Sed mox, pace initâ, Novarim, Ludovico Duci Mediolani; Aſtum, Ludovico Duci Aureliæ, cedit.

Eodem anno 1495. Ferdinandus, Rex Arragoniæ & Caſtiliæ, cum exercitu ſuo, (ut Carolum diverteret) Parpenianum uſq; venit; & in Galliam Narbonenſem excurrit. Huic Comes Foiſſæus, ſe cum 3000. Confœderatis, opponit: quorum dux Henricus Vollebius Uranius fuit.

Anno 1496. Carolo, Italiam iterum ingredi volente; Ludovicus Maurus, Dux Mediolani, Imperatorem Maximilianum, & Papam Alexandrum, in auxilium, contra illum vocat: qui, ſub prętextu, ac ſi contra Urſinos iis opus haberet, 4000. Confœderatos conſcribit.

Anno 1497. Carolus, Galliæ Rex, Jo. Jacobum Trivultium, cum exercitu, in quo 4000. Confœderati erant, Genuam & Savonam uſq; mittit: cumq; ipſe etiam ad iter in Italiam ſe pararet, morte prævenitur.

In turbis & bellis illis, quibus Ducatus Mediolani à Gallis occupatus fuit, varia Helvetiorum & Rhætorum, quippe in diverſa ſtudia ſciſſorum, fortuna erat.

Utriq;

Utriq;,& Gallo & Sfortiadæ domui, fœdere illi juncti erant. eorum opem utraque pars efflagitabat: quam etiam ex vigore fœderum (quæ tamen recte conſiderata invicem non erant contraria) contribuebant.

Anno 1499. Galliæ Rex Ludovicus, Confœderatos ſuos Helvetios & Rhætos, de milite interpellat. Galeatius Vice-Comes, Ducis Mediolani Legatus, intercedit: & ne illi contra Ducem ſuum Regi ſervirent, inſtanter petit; imò ipſe auxilium efflagitat.

Gallus tamen, 12000. Helvetios, etſi eis (jam enim Ducatum Mediolani occupaverat) non admodum indigeret, tantum ut à ſervitio Ducis ipſos abſtraheret; per Legatum ſuum Antonium Baſſæum, Ballivum Divionenſem dictum, conducit: quorum ope, quod reliquum erat in Valletelinâ, præcipuè oppidum Tiranum, in cujus caſtro 500. Lanciferi, à Ludovico Duce relicti erant, occupat. Helvetii tamen, male quoad ſtipendia tractati, domum mox revertuntur: quorum 2000. cum quibus Rhæti etiam concurrebât, Cæſari Borgiæ, Duci Valentino, Alexandri Sexti Pôtificis filio, in occupandâ provinciâ Flaminiâ, inſerviût.

Anno 1500. 17. Jan. Galeatius Vice-Comes, Ducis Legatus, Curiam Rhætorum venit; & ex Rhætiâ, atq; etiam Helvetiâ, præſertim ex iis, quibus ſtipendia à Ballivo non erant perſoluta, 5000. (contra ſevera tamen magiſtratus edicta) conſcribit: horumq; & Cæſarianorum ope, in recuperando majore Ducatus parte, utitur.

Ballivus interim Confœderatos, ex tenore fœderis, de milite ſollicitat. Imperator Maximilianus, & Ludovicus, Mediolani Dux, omnibus modis obſtant: ſed fruſtrà. Militem Gallus obtinet; ac potente col-

lectâ manu, per Veragros, in Vercellenſem agrum ad Regem ſuum venit: qui etiam illos 2000. Duci Valentino conceſſos, ad ſe revocat.

Dux Ludovicus Novariæ, ubi penes ſe Confœderatos illos 5000. habebat, obſidetur. Confœderatis à Rege liber abitus, ex urbe conceditur. In horum agmine Dux Ludovicus, Helvetico habitu & bipenni armatâ, inſtar gregarii militis incedẽs, effugere parat: ſed à Petro Turrmano, ſimplici milite, cui à latere ibat, (ex compoſito tamen, ut fama erat, quorundam ducum) proditur; & cum aliis in Gallias captivus abducitur: ubi in carceribus diem ſuum obiit.

Eodem anno 1500. ex confœderatis Helvetiis & Rhætis aliquot, à Florentina Republicâ, contra Piſanos conducti, magnâ cum laude militarunt.

Anno 1501. duo mille circiter ex Helvetiis, quibus aliquot Rhæti milites ſe conjunxerant, ſtipendia ſibi in bello Neapolitano retenta, à Rege Galliæ efflagitant; & obligationes ſuper eâ re ſibi in ſcriptis datas oſtendunt. Sed diù vana ſpe retenti, ex Biltiona erumpẽtes, Lugani Gallos obruunt; & obvios quosq; occidunt. Horum aliqui in caſtrum ſe recipiunt: quod tamen & ipſum mox deditur. Eodem modo etiam Lucarno potiuntur. Illis copias ſuas Trivultius opponit: qui à magiſtratu revocati, Biltionam uſq; noctu recedunt: & montibus Lario imminentibus ſuperatis, ex Adunci & Grabedonæ regionibus pecora abigunt. Porletiam quoq; depopulantur, & Corlatium incendunt. Verùm res tandem, judicibus conſtitutis, deciſa fuit.

Anno 1503. Ludovicus, Galliæ Rex, recuperando regno Neapolitano intentus, 1900. ex Confœderatis

(uvi-

(invito tamẽ Magiſtratu, inter quẽ & Regẽ, ob Biltionã ab Uraniis, auctore Ammano Beroltingero Uranio, anno 1500. receptã, diſſidium erat) cõducit. Horũ ſub duce Nemourſio, cum Gallico peditatu, Cirignolę in Apulia, ſub veſperã, 17. Apr. cùm hoſtẽ in caſtris, curribus munitis nimis audacter aggreſſi, & ab equitatu Neapolim verſus refugiẽte, derelicti eſſent, ad 500. cæduntur: reliquis ferè omnibus captivis factis; quorum aliqui à Lanciferis venditi, & ad triremes condemnati; alii mitiùs tractati. Rex de adverſo pręlio per Legatos ſummoperè conqueritur, & militem à Confœderatis efflagitat: qui ſuos, utpote inobedientes, dignas luiſſe pœnas, reſpondent, neq; ullam veniam aliis concedere volunt: ſicq; Legatos diſcedere jubent. Hi tamen, pecuniis poſt ſe relictis, 4000. clanculùm conducunt; qui prælio infelici, ad flumen Garilianum poſtea interfuerunt, 1500. illorum deſideratis.

Eodem anno 1503. cùm Ludovicus Rex commeatum ex Italia Biltionam deferri prohiberet, & cuique licitum eſſet, eos, qui fines Regis attingerent, impunè occidere: aſſiduis incolarum & Uraniorum, qui dominium ibi habebant, querimoniis, moti Helvetii, ex duodecim pagis (ſoli Abbatiſcellani non aderant) magno cum exercitu ſuis auxilio veniũt: caſtrum Locarni obſidẽt: hoſtiumq; copias profligant; quę cũ feſtinatione naves turmatim cõſcendentes, naufragium faciebant. A' Caſtellano Jo. Jacobi Trivultii, qui in caſtro Miſauci erat, bombardas majores jam ante petierant: quo recuſante, Miſaucum vicum (cùm caſtro potiri non valerent) devaſtant. Pacem mox cum Rege, prętentioni ſuæ ſuper Biltiona renunciãte, ineunt.

Anno 1504. Imperator Maximilianus Bohemos (qui Ruperto, Philippi Electoris, & Comitis Palatini filio, hæreditatem ſoceri ſui Georgii, Ducis Bavariæ, adituro, contra Albertum & conſortes, Bavariæ Duces, quos Maximilianus tuebatur, auxilio venerant) ad Ratisbonam urbem, notabili prælio vicit. Ejus in exercitu multi Rhæti, præſertim ex fœdere decem Jurisdictionum, erant: quorum dux Joannes Schmilerus Davoſianus, juſſu Imperatoris, exercitui gratias egit, eumq́, pro militiæ more collaudavit.

Anno 1507. Ludovicus Galliæ Rex, in occupanda urbe Genua, Confœderatorum copias ſecum habuit.

Anno 1508. Maximilianus Romanorum Rex, Romam, accipiendæ coronæ imperialis, petiturus, in exercitu ſuo 2000. Rhætos habuit: quorum dux primarius Conradus à Planta, Zutienſis Engadinus fuit. Verum illi cum ad Ripam lacus Benaci veniſſent, nec ſtipendia eis perſolverentur; mox domum ſunt reverſi.

Anno 1509. cùm pleriq; omnes Europæ Monarchæ, fœdere Cameriaci facto, contra Venetos moverent, Confœderati etiam aliqui Gallo ſerviebant: qui in memorabili illâ, ad Rivoltam in Glerâ Abduani, contra Venetos, pugnâ, fortem operam navantes, à Gallo liberaliter dimiſſi ſunt.

Anno 1510. poſt fœdus inter Julium 2. Pontificem Max. & confœderatos Helvetios & Rhætos, operâ Matthæi Schineri, Cardinalis & Epiſcopi Sedunenſis, initum, 6000. ex iſtis (contra Alfonſum, Ferrariæ Ducem, ut ille ajebat) in Italiam educuntur: ſed eorū operâ Gallos Mediolano pellere conabatur. Galli, dolo cognito, ſe muniunt. Confœderatorum exercitus,

tus, absq; juſſu magiſtratus, & præter tenorem fœderis, ulterius progredi recuſat: moxq; à ſuperioribus ſuis revocatus, nullis receptis ſtipendiis, domum revertitur.

Anno 1512. multi ex Confœderatis, Pontifici Max. ob non ſoluta ſtipendia, irati, Gallicas partes ſequuntur: prælioq; ingenti ad Ravennam, ipſo die Paſchatis, interſunt: & cum Gallis de victoriâ gaudentibus, opimâ prædâ onuſti, domum redeunt.

Eodem anno, 20000. Confœderati auſpiciis ſummi Pontificis, in Italiam veniunt: & cum Venetis, qui Papæ jam reconciliati erant, conjuncti, Cremona & Ticino urbibus, primo impetu captis, Gallos toto Mediolanenſi Ducatu ejiciunt, ſic, ut præter arcē Mediolani, nihil illis reliquum mãſerit. Helvetii, Ciſalpinas provincias, Luganum, Locarnum, Mendriſium & Vallem Madiam, Rhæti, Volturenam, Comitatum Clavennæ & Bormium, Pontificis juſſu, recuperant.

Anno 1513. 6. Jun. 9000. Confœderati non expectato auxilio Ulderici Baronis ab Alto-Saxo, & aliorum 8000. Confœderatorum, Gallicum exercitum, ex prima nobilitate & ſelectâ turbâ conflatum, (ſub ducibus Ludovico Tremulio, & Jo. Jacobo Trivultio, contra Maximilianum, Mediolani Ducem, cui Confœderati ex fœdere inſerviebant) ad Novariam, ingenti prælio ſuperant: hoſtium circiter 8000. occiſis; gloriâ perpetuâ cum prędâ opimâ exinde reportatâ. Confœderatorum 1800. tunc cecidêre; plerique tormentis bellicis, contra quæ audacter curvebant, periti. Præ ceteris, virtus & conſilium Jacobi Mottini, ex Valle Lepontinâ oriundi Helvetii, & glorioſa ipſius mors, celebratur.

Eodem anno, Maximiliano Imperatori in obſidendâ urbe Divione in Burgundiâ, Confœderati cum exercitu præſtò fuêre.

Anno 1515. 13. Sept. pugna cruenta ad Melignanum (non procul ab urbe Mediolani, ad S. Donatum, major conflictus erat) inter Franciſcum Galliæ Regem, & confœderatos Helvetios ac Rhætos, Maximilianum Mediolani Ducem tutantes, exſtitit: biduo pugnando conſumpto. Confœderati pridie victores, poſtridie ſuperveniente in Regis auxilium Venetorum exercitu, non tam victi, quam deſtituti qui latera tegeret, equitatu, nuſquam interruptis ordinibus, tormentis etiam bellicis conſervatis, & ſauciis ſecum aſſumtis, loco ceſsêre, 3000. ſuorum deſiderato, & fruſtra expectato, Cæſaris Maximiliani, cum ſummi Pontificis promiſſo auxilio, domum tandem rediêre. Ita Mediolanum, & cætera Inſubriæ loca in Gallorum poteſtatem venêre. Ex Rhætis, inter alios, ſtrenuè pugnando, tunc occubuêre, Rudolphus à Salis, Longus ob proceritatem vocatus, & longa militia clarus; Lucius item Gugelberg à Mooſs, Conſul Curienſis, qui anno 1499. in bello Suevico, pro patriâ multa prudenter geſſerat.

Anno 1516. Cæſar Maximilianus Mediolanum recuperare tentans, per juga Rhætica ac Volturenam iter inſtituit. Helvetiorum tunc quidem & Rhætorum copias, magno numero ſecum habuit: ſed cùm exercitui Cōfœderatorum nimis fideret, & nervo etiam belli deſtitueretur, re infectâ ad ſuos rediit.

Anno 1521. Leo Decimus, Pontifex Rom. odio Gallorum, Franciſcum 2. Sfortiam, Ludovici filium, Mediolanenſi Ducatui reſtituere conatus, adjutâ

Cardi-

Cardinalis Sedunenſis, Confœderatos de milite interpellat, eo ad oppidorum, Parmę, Placentiæ & Rhegii, cuſtodiam ſe uſurum ſimulans: (contra Gallum enim, ne pacem perpetuam, anno 1516. initam, violarent, magiſtratus militem denegabant) eum tamen in Italiam perductum, occupando Ducatui Mediolanenſi deſtinat: (aliis extra fines ditionis Papæ proficiſci conſtanter recuſantibus) Gallos expellit: Franciſcum Ducem reſtituit: & voti compos factus, præ nimia lætitia moritur.

Anno 1522. Gallus, cum Confœderatorum copiis, recuperationem amiſſorum tentat. Sed hi infeliciter, ſub duce Lautrechio, contra Proſperum Columnam, ſummum hoſtium ducem, ad Biccocam, in Ducatu Mediolani pagum, pugnant, & ſpe ſuperandorum hoſtilium aggerum fruſtrati, loco cedere coguntur. Multi tunc ex ordinum ductoribus, globis ferreis læſi, occubuere.

Anno 1523. Gouſſierius, Galliæ Admiralius, & exercitus ductor, magnas copias in Inſubriā ducit. Rhetorum 5000. duce Dietegano à Salis, ad Fridericum Gonzagam Pozzulum, Gallicum ducem, qui Laudæ Pompeję reſidebat, per Bergomatum ditionem, tendentes, à Joanne Medicæo, Coſmi, Magni Hetruriæ Ducis patre, continuis velitationibus defatigantur; & viis undique occupatis domum redire coguntur.

Anno 1524. Franciſcus, Gallię Rex, infelici ſucceſſu & reditu Admiralii in Galliam commotus, ipſemet bellum maximo cum exercitu, in Inſubria reſtaurat. In eo, ordinum ductore eodem Dietegano, 6000. Rhætos habet: qui tamen mox à magiſtratu, propter inopinam Caſtri Clavennenſis, à Jo. Jacobo Medicęo oc-

cupationem, ſtipendiis à Rege perſolutis, domum revocantur. Apud Regem tamen aliquot Rhæti permanſere: è quibus Florius Taccius, & Joannes Seccius fortiter ad Ticinum, anno 1525. 24. Febr. pugnantes (Rege ipſo etiam capto) occubuêre. Petrus etiam de Zuno, de Ardetio dictus, cum aliis ibi captus fuit.

Anno 1525. Pontifex Max. & Veneta Reſp. ex tenore fœderis cum Gallo initi, Helvetiorum & Rhætorum copias conſcribunt: quibus Octavius Sfortia & Jo. Jacobus Medicæus duces dati. Hi cum in ſtatum Mediolani perveniſſent, mox iterum dimiſſi fuere.

Anno 1526. auſpiciis Confœderatorum Regũ Galliæ, Helvetiorum & Rhætorum cohortes Florentiam uſque proficiſcuntur: ut Clementi VII. ſummo Pont. cõtra Cæſarianos & Columnẽſes auxilio eſſent.

Anno 1527. Jo. Jacobus Medicæus, Principum Confœderatorum Galliæ & Italiæ partibus addictus, ex Rhætis, quibus Dieteganus à Salis Præfectus erat, & Uranis Helvetiis, milite collecto, ducatum Mediolani petit. Antonius de Leva, Hiſpanus, Cæſareanorum ductor, Mediolano egreſſus, incautos, ſummo mane, ad Carathum, prope flumen Lambrum, obruit & profligat. Medicæus tunc primus in fugã fuit.

Anno 1528. Lautrechius Gallorum primarius dux, Neapolim cum Confœderatis infeliciter obſidet: ipſo duce, & majore parte exercitus peſte abſumtis.

Anno 1531. Rhæti Tigurinis auxilia mittunt: quæ ubi in regionem, quę à caſtris Rhæticis nomen habet, perveniſſent: Quinque Pagici Helvetii, certiores de adventu Rhætorum facti, eos hoc ſtrategemate militari tardant. Veſtem nempe fecialis Tigurini, ad Ca-

pellas

pellas interfecti, unum ex ſuis induunt; additis inſuper literis, quaſi à Tigurinis ſcriptis, quibus eis pro auxiliis gratias agerent; ac ne ulterius progrederentur, monerent, cum de pace tractetur: quæ mox etiam ſecuta fuit.

Anno 1536. Confœderati, Regi Galliæ inſervituri, Avenionum petunt: ibiq; ſummam Regis benevolentiam experiuntur.

Anno eodem, cohortes aliquot Rhæticæ, in Ducatum Mediolani, Carolo Cæſari ſervituræ, proficiſcuntur. ſed mox à Magiſtratu revocati, multi ex intenſo frigore in nivibus, cum montem Aviculum (Adulæ membrum) ſuperare vellent, periere.

Anno 1543. Rex Galliæ cum Confœderatorum copiis (Rhæticorum ordinum ductores erant, Antonius & Hercules a Salis) inſtante hyeme, ſuis in oppido Landreſii obſeſſis, renitentibus Cæſarianis, commeatum & recentem militem, pro voluntate, immittit: inq; Galliam, paucis deſideratis, incolumis revertitur.

Anno 1544. ſtrenuam operam Confœderati Galliæ Regi, copias ducente Franciſco Anguiano Borbonio, regii ſanguinis Principe, cōtra Cæſarianos (quorum ductor Alfonſus Davalus, Marchio Vaſti erat) in memorabili illâ pugnâ ad Ceriſolā, apud Subalpinos, navarunt. Carignianum tunc deditione receptū fuit.

Eodem anno, ad impediendum iratum Cæſarem, totis viribus Pariſios per Campaniā petentem, [illegible] Confœderati Regi Galliæ promptè inſerviunt: paulò poſt pace inter Cæſarem & Galliæ Regem initâ.

Anno 1545. Galliæ Rex, ingenti cum exercitu, terreſtri itinere (cum Anglicana claſſis maris oram legeret) Boloniam, ſuperiore anno ab Anglis ereptam,

petit; duodecim cohortes Rhæticas, duce Antonio à Salis, ſecum ducens; cumq; urbis capiendæ ob frigus intenſum ſpes non eſſet; propugnaculum fortiſſimum, ad excurſiones Anglorum prohibendas, erigit. Sed mox anno ſequente, pacis conditionibus, urbs Gallo reſtituenda obligatur.

Anno 1553. Rex Galliæ cum Confœderatorum exercitu, Cæſaris irruptiones in Picardiam avertit.

Anno 1554. Rhætorum 3000. ductore Antonio à Salis, in Italiâ, Henrico 2. Galliæ Regi militant: qui Senenſes in libertate aſſertâ cõſervare cupiebat. His Papa Julius 3. Imperator Carolus, & Coſmus Dux Hetruriæ, copias ſuas ſub Jo. Jacobo Mediceo, belli duce, opponunt. Venitur ad prælium, 1. Aug. intra Marcianum, Lucinianum & Folianum, in Valliculâ: ubi foſſa erat, quæ aquam pluvialem colligebat, & in proximum flumen Chianam deferebat, noſtro exercitui ſummo impedimento: 3000. Rhæti (in quorum acie Furcovallius, celebris Gallicæ militiæ dux, pugnabat; illisq; poſt fugam equitum, Petrus Strozzius, Florentinus, exul, & Gallici exercitus dux, virtutem eorũ admiratus immiſcebat) unà cum Aquitanis, fortiter hoſti jam fugam cogitanti, reſtitêre. Deſtituti autem tormentis bellicis majoribus, (quæ Folianum & Lucinianum verſus præmiſerant) & auxiliari equitatu peditatuq; Italico, qui fugam ſtatim ab initio pugnæ, (ex compoſito, ut credebatur, cum hoſte) arripuerat, victi ſunt. Ex Rhætis ductoribus, & primis militibus occubuêre fere omnes. Antonius à Salis, ordinum primarius dux, Jacobus à Saxo, & Martinus Belinus, exorto pridiè inter Rhætorum & Italorum gregarios milites tumultu, cùm ſe interponere vellent, ab Italis ſclop-

ſcloppetis diſploſis ſauciati, ſequente nocte moriuntur. In prælio ipſo, ex ducibus cecidere, Martinus à Capaulo, proceritate, qua omnes ſympatriotas ſuperabat, maximè conſpicuus; Ambroſius à Monte; Bartholomæus Jacobus Stampa; Volgangus Salettus; Joannes Gulerus, Joannis ſenioris filius; Jo. Jacobus Finerius; & Joannes, Lucii filius, Gugelbergius à Mooſs. Ex præcipuis militibus, Jacobus à Schovenſtein; Gaudentius & Fortunatus à Planta; Martinus Cramerus; Joannes Schegius; Rudolphus Matthias, longa militia clarus; Florius Sprecherus; Ambroſius Lieta; Bartholomæus Jegenus; Joannes Muntſchius Bergunnienſis; Antonius Trojanus Routſchius; Adamus Graſſus Cernetienſis; alii multi capti; & a Medicæo, dato inſuper viatico, domum liberi remiſſi ſunt.

Anno 1555. Gallorum exercitus, Confœderatorum auxilio, Ulpianum in Pedemontio expugnat.

Anno 1557. Galliæ Rex, per Franciſcum, Ducem Guiſium, qui Confœderatos in exercitu ſuo habebat, Paulo IV. Pont. contra Hiſpanos, quos Albæ dux ducebat, in Italiâ belligeranti ſuppetias miſit.

Anno 1558. idem Galliæ Rex, auxilio Confœderatorum (in quibus Rhæticarum cohortum Chiliarcha, Rudolphus à Schovenſtein erat) ante 210. annos amiſſam urbem Caletum, ab Anglis recuperat.

Anno 1562. Confœderati, Carolo IX. Galliæ Regi, auxilio profecti, in prælio ad Plovillam, vicum apud Druydas, ita viriliter ſe geſsere, ut etiam ab hoſtibus conſtantiæ & fortitudinis bellicæ laudem meriti fuerint. Gallicus quidem atque Germanicus Proteſtantium equitatus, magnâ tunc vi in Confœderatorum

phalangem impreſſionem fecit, & pleroſq; ex primariis Centurionibus concidit: hi nihilominus tertiâ vice aciem ſuam reſtaurarunt, & ordines conſervarũt.

Anno 1567. à Carolo, Galliæ Rege, iterum vocati, eumque tutati ſunt: prælioq; ad S. Dionyſium, prope Lutetiam, commiſſo; biennio poſtea in Gallia perſeverarunt, & Regis ſigna ſunt ſecuti.

Anno 1569. ad Baſſacum & Montconturum pugnatum fuit: ubi Regius exercitus victoriâ reportavit.

Anno 1574. prope Diam, Delphinatus oppidum, Helvetiorum & Rhætorum aliquot cohortes, Regis Galliæ partes ſecuti, à Domino de Monbruno, Proteſtantium ibi duce, ex inopinato, loco anguſto, opprimuntur, ac cæduntur.

Anno 1585. Rex Galliæ, Henricus 3. Confœderatorum copiis, contra Henricum 2. Navarræ Regem in Aquitaniâ uſus eſt.

Anno 1587. auſpiciis Henrici 2. Navarræ Regis, 15000. Helvetiorum & Rhetorum Evangelicorum, ſub Clarevantio Gallo, militare cupientes, morbis & inſidiis plerique abſumpti ſunt, neque ad exercitum Navarræi pervenire potuerunt: reliquis, impetrato à Galliæ Rege libero tranſitu, in patriam reverſis.

Anno 1588. Henricus 3. Galliæ Rex, inſidiis Ligæ, (ita Unionem rebelles ſubditi, contra regium ſanguinem initam, vocabant) Pariſiis fermè oppreſſus, anno ſequente exercitũ ex Confœderatis conſcribit. Rhæticarum tum cohortium dux primarius erat Rodolphus à Schovenſtein: in cujus demortui locum ſucceſſit Hartmannus ab Hartmannis, Eques auratus.

Rege autem à Monacho nefariè perempto, ad Coronam Galliæ legitimè vocatus fuit Henricus Borbonius,

Digitized by Google

nius, Navarræ Rex, qui Henrico tertio, contra Ligam, auxilio priùs venerat: poſthac Quartus hujus nominis dicendus. Hic animo intrepido rem & regnum eſt aggreſſus: annoque 1590. ſequente, memorabili prælio cum exercitu ſuo, in quo noſtri Confœderati erant, hoſtes ſuos, quos Carolus Lotharingus, Dux Maynius, magno numero ducebat ad Ivrium, prope fanū Druydum, feliciter vicit, & plurima oppida recepit.

Anno 1593. idem Galliæ & Navarræ Rex, ad compeſcendos in totum rebelles Ligiſtas, & Hiſpanos ex Gallia expellendos, Confœderatorum copias novas conduxit.

Anno 1600. pugnatum fuit in Flandriâ, inter Neoportum & Oſtendam: ubi Confœderatorum cohortes aliquot ſub auſpiciis Principis Mauritii, Comitis à Naſſau, & Ordinum unitarum provinciarum Belgicarum ſummi ducis, contra Albertum, Auſtriæ Archiducem, militarunt; & à Principe Mauritio victore laudem præmiaq; reportarunt: inter quos Chriſtianus Juonius à Sontio Rhætus, in medio hoſtiū interfectorū, tredecim vulneribus ſaucius repertus, & ſanitati reſtitutus, cohorti poſtea præfectus, in defenſione Oſtendæ, triēnio poſt, ſtrenue pugnādo occubuit.

Anno 1610. Henricus 4. Galliæ & Navarræ Rex, Magnus digno cognomine dictus, Confœderatorum copias iterum in Galliam evocat: quo nefariè & proditoriè (heu facinus!) per Franciſcum Ravilliacum occiſo, illi in Ducatum Juliacenſem, favore Brandenburgici & Neoburgici Principum, mittuntur: Juliaq; urbs cum reliquo toto Ducatu capitur.

Anno 1614. Ludovicus 13. Galliæ & Navarræ Rex, Henrici Magni filius, cū matre Regina Maria Regēte, exer-

exercitum ex Confœderatis in Galliam conſcribit: Rege mox, annum 14. ingreſſo, majorenni ab Ordinibus declarato, regniq; habenas moderante.

Anno ſequente, Rex idem, iisdem copiis uſus eſt ad ſedandas turbas, à quibusdam Regni Principibus excitatas.

Anno 1615. bello inter Venetos & Sengianos, Liburniæ populos (vulgò Uſcochi dicuntur) ſub Ferdinandi, Archiducis Auſtriæ & Carinthiæ, tutelâ degentes, magis magisq; exardeſcente, multi ex Rhætica & Helveticâ juventute (etiam contra ſevera Magiſtratus edicta) Venetorum partes ſequuntur: quorum aliqui Heſperiæ urbibus, quæ ditionis ſunt Venetorum, præſidio dati, alii ulterius profecti. Veneti interim Rhætos de renovando fœdere ſollicitant: quo ſucceſſu, tempus docebit.

Multi præterea ex Rhætis noſtris, præſertim Nobilibus, auſpiciis Caroli V. Ferdinandi, Maximiliani 2. Rudolphi 2. Romanorum Imperatorum, & aliorum Principum in Germaniâ, Italiâ, Ungariâ, & aliis locis ſummâ cum laude militârunt; atque etiam Ordinum ductores aliqui fuerunt, & ſecretioribus conſiliis adhibiti. Quoniam autem illi non integras Rhæticas cohortes, ſed plerunq; Germanicas, duxêre: ne aliis famam præripere velle videar; ulteriore narratione nunc ſuperſedebo.

LIBER

PALLADIS RHÆTICÆ
LIBER SEXTUS.

FOEDERIBUS, & inde dependentibus, utpote generali & particulari juſtitiæ adminiſtrandæ rationi, conventuum publicorum (ubi res forenſes ſubditorum etiam tractantur) aliarumq; conſtitutionum & judiciorum formæ & modo, liber hic dicatus eſt. Fœderũ autem, uniuscujusque inter ſe, vel unius cum alterutro, aut omnium trium ſimul, ut etiam cum vicinis Helvetiis, ad omnem æternitatem initorum, argumentum ſummarium (quoniam omnia articulatim enarrare inſtitutum noſtrum non fert) hoc eſt: Ut omnis pietas, juſtitia, ſynceritas & fraternus amor, inter eos perpetuò regnet; ad tuendam libertatem communem, jura item & privilegia, generalia & ſpecialia. Confœderati ſibi auxilio & conſilio mutuo ſint; omnemq; vim & injuriam unitis viribus repellãt. Commeatus & commerciorum exercitium liberum & abſq; impedimẽto inter eos vigeat. Controverſię ex æquo, & certâ juris, ac in fœderibus præſcriptâ formâ, (prout latius infra dicetur) inter eos decidantur.

Hæc itaq; nunc præcipua, ſucceſſivo & ſtrictiſſimo ordine enarrabimus.

Griſæi ergo, ut in ejusdem fœderis deſcriptione fuſius diximus, ex primis fuere, qui ſe per Dominia & Communitates conjunxerunt.

Anno 1424. medio menſis Martii, Troni, celebre illorum fœdus ſcriptis exaratum eſt.

Cathedrales aliquæ Communitates, circa Annum 1400. & poſtea 1419. ſe certâ formulâ invicem obſtrinxerunt.

Anno 1425. Ilantii aliquæ Communitates ex Cathedralibus, nempe Supraſaxũ, Vatium, Averſa, Biviũ, Bergunnium, Furſtenovum, Griſæo fœderi ſe jungũt.

Anno 1428. Fridericus Comes à Tockenburg, qui Decem-Jurisdictiones tenebat, ſe ad viginti annos, cum Engadinenſibus inferioribus, à Ponte alto ad vallem Taſnam, & claro Conrado Plantâ Cerneticenſi, fœdere obligavit.

Decem-Jurisdictionum homines ſub Vatienſibus & Toggenburgiis, uniti vixêre. Extincto autem Friderico, Comite Toggenburgi, hujus proſapię ultimo, cum hæreditas ejus varie diſtrahi videretur, Anno 1436. die Veneris ante feſtum corporis Domini, fœdus perpetuum inivêre.

Subſequenter Decem-Jurisdictiones cum Cathedralibus, Anno 1450. Curiæ, & paulo poſt cum Griſæis, Anno 1471. die Jovis ante feſtum Conceptionis D. Virginis, menſe Martio, ſe junxere: de quibus omnibus ſuæ fœderales extant literæ.

Eodem anno 1471. omnia tria fœdera indiſſolubili nodo, diplomate ſuper eâ re confecto, in perpetuum ſe colligavêre, in loco Bellfortenſis jurisdictionis, Vatzerolo dicto.

Anno 1524. in feſto divi Matthæi, & Anno 1544. fœdus illud juratũ, ampliori formâ comprehẽſum, ac ſingulis duodecim annis ut renovetur, pręceptum eſt.

Epiſcopis porro Curienſibus, & Cathedralibus, ac Gri-

Griſæis, cum aliquibus Helvetiorum pagis, uti confinibus, antiquæ conventiones fuêre. Sic etiã Decem-Jurisdictiones, cum Sarunetibus vicinis, à longo tempore, pacta conventionalia habuêre.

Anno 1282. Fridericus, è Comitum Montifortium familiâ, Epiſcopus Curienſis, fœdus cum Petro Epiſcopo Sedunenſi iniit.

Anno 1400. Joannes, Abbas Deſertinẽſis, cũm Capitulo & Cõmunitatibus Abbatię; Uldericus Brunus, Baro Rhætii, cum filiis, Joanne, Henrico & Uldarico; Albertus à Saxo; Joannes & Donatus fratres, Barones Miſauci, Leguntinæ Vallis & Foveæ, pro ſe, & ſuis hominibus; & homines de Valle Rheni; cum Miniſtrale, & hominib. de Glaronâ, perpetuum fœdus ſanciunt.

Anno 1402. pax & unio fit, inter Epiſcopum Hartmannum, & ejus Cathedrales, ex unâ; & Glaronam, Suitiam, homines de Agriâ & Entlibuoch, ex alterâ parte.

Paulò pòſt, Anno 1407. cum eisdem Glaronenſibus & Uraniis, pacta priùs inita, Griſæi ampliando confirmant.

Anno 1419. Joannes Abundius, Naſo dictus, Epiſcopus Curienſis, cum Capitulo ſuo, fœdus & Civitatis jus apud Tigurinos, per quinquaginta & unum annos, iniit.

Anno 1437. poſt mortem Friderici, Comitis à Tockenburg, Sarunetes fœdus cum civitate Curienſi, & multis Communitatibus ex tribus fœderibus, fecere.

Anno 1497. in feſto Joannis Baptiſtæ, Tiguri, cum ſeptem veteribus Helvetiæ pagis, Tiguro, Lucernâ, Uraniâ, Suitiâ, Undervaldiâ, Tugio, & Glaronâ, ſe fœdus Griſæum jungit perpetuò.

Anno 1498. Tiguri, in feſto Luciæ, fœdus Cathedrale cum iisdem ſeptẽ pagis, & iisdem ferè, uti priores, conditionibus, perpetuum fœdus init: & abinde Rhæti omnes à toto fœdere Helvetico, Confœderatorum nomine appellati, & mutuo amore & auxilio ſe invicem amplexi ſunt.

Anno 1590. Decem-Jurisdictionum fœdus, cum Tigurinis & Glaronenſibus, (uti cætera duo fœdera juncta erant) amplo fœdere, in perpetuum ſe jungit.

Anno 1600. tria Rhætorum fœdera, cum vicinis Valeſianis, perpetuum fœdus, decimo quinto quoq; anno renovandum, feriunt.

Anno 1602. cum Ampliſſimâ urbe Bernâ, iidem æternum fœdus pangunt.

Fœdera verò, & pacis conditiones, quas Rhæti noſtri cum Principibus habent, ſequentis ſunt tenoris.

Inimicitiæ, contentiones & diſſidia, ſi quæ fuerint, per pacis vigorem radicitùs exſtirpãtur. Amicitia ſincera & nõ ſimulata initur. In hoſtibus arcendis & petẽdis, auxilia mutua, & certus militum numerus, promittitur. Stipendia & penſiones certæ à Principibus penduntur. Commeatus & mercimonia tuta & libera ſunt. Controverſiæ jure & judicio (cujus certa forma traditur) diſceptantur. Et hæc generaliora ſunt.

Anno 1478. Helvetiorum fœdus, Sixtus quartus, Pontifex Maximus, ambiit & obtinuit; ac Rhætorum amicitiam magni fecit. Succeſſores ejus, ad Julium ſecundum in eadem perſeverarunt.

Hic denuò Anno 1510. operâ Matthæi Schineri, Cardinalis & Epiſcopi Sedunenſis, cum Helvetiis & Rhætis, ad certum tempus, fœdus init; & eorum, uti ſuo loco diximus, operâ uſus eſt: quapropter eos titulo

tulo Defenſorum Eccleſiæ ornavit, & vexilla nova Rhætis tria donavit; Univerſæ autem genti Helveticæ & Rhæticæ, duo majora vexilla, pileum, (libertatis ſignum) ac gladium, dono dedit.

Cum ſucceſſore, Leone decimo, fœdus continuatum fuit; quo extincto, cum reliquis in Pontificatu ſucceſſoribus, nulla Rhætorum fœdera extant.

Gallorum Regum primus fuit Carolus ſeptimus, qui ſe Helvetiis junxit, Pariſiis, Anno 1453. 4. April.

Anno 1463. 27. Novembr. Abbevillæ, hanc ſanctionem confirmavit filius ejus, Ludovicus undecimus, patris in regno ſucceſſor.

Hic Anno 1444. Helvetiorum virtutem, cùm adhuc Delphinus eſſet, in memorabili prelio, prope Baſileam, expertus erat: quorum opera, ad reſiſtendum Caroló Burgundiæ Duci, etiam uſus eſt.

Anno 1474. cum eis, eorumq; ſociis, articulos fœderis ampliores iniit: qui cum omnibus ejus ſucceſſoribus hactenus continuati ſunt.

Anno 1484. cum Carolo filio, & ſucceſſore, renovatum eſt hoc fœdus.

Anno 1499. cum Ludovico XII. idem ad decennium initum eſt.

Anno 1508. 24. Junii, idem Rex cum Rhætis illud Cremonæ renovavit.

Anno 1516. Friburgi, prid. Calend. Decembris, Franciſcus primus, Ludovici gener, & in regno ſucceſſor, Pacis perpetuæ (ut vocant) cum Helvetiis & ſociis conditiones & pacta iniit.

Anno 1521. 7. Maji, Lucernæ, Helvetii (Tigurinis exceptis) ut & fœdus Griſæum, cum Franciſco, Galliæ Rege, fœdus iniêre.

Anno verò 1523. 5. Februarii, Curiæ Rhætorum, fœdus Cathedrale & Decem-Jurisdictionum, in illud etiam ingreſſi ſunt. Tunc Rex Galliæ omni prætentioni, quam ſuper Triumpelinos habebat, renuntiavit: inter alia, 3000. Francicas libras cuilibet fœderi, 2000. videlicet ex vigore pacis perpetuæ, & 1000. ex fœdere inito, Abbati Diſertino 100. aureos, quotannis pendit, & ita ſucceſſores quoque continuarunt.

Anno 1549. Henricus II. Franciſci filius, illud renovavit. Huic cùm duobus antè annis, initio nempe regni ſui, filia nata eſſet; Helvetiorum & Rhætorum Legatos, ſponſores pro eâ in ſacro baptiſmate habere voluit, eosque ſummo amore & liberalitate complexus eſt.

Anno 1564. Carolus nonus, & Anno 1582. Henricus tertius, Henrici ſecundi filii, & Reges Galliæ, uti etiam poſtea, Anno 1602. Henricus quartus, Galliæ & Navarræ Rex, (qui Delphinum filium, & ſucceſſorem, eidem ſimul incluſit) illud renovarunt

Inter ſereniſſimam Domũ Auſtriacam, Comitatus Tirolẽſis poſſeſſorem, & Epiſcopũ Curienſem, ejusq; Cathedrales, ut diverſa diſſidia; ſic multæ cõtrà pacis conditiones fuêre: quarum ſequentes ſunt præcipuæ.

Anno 1471. inter Sigiſmundum Archiducem Auſtriæ, & Ortliebum Baronem à Brandis, Epiſcopum Curienſem, & Cathedrales, pacta, quæ non diù duravêre, ſunt inita.

Anno 1499. Baſileæ, 22. Septembris, poſt Suevicum bellum, inter Cæſarem Maximilianum, & Helvetios ac Rhætos, eorumq; ſocios, pax, per Galeatium Vice-Comitem, Ludovici Mariæ Sfortiæ, Mediolani Ducis, Legatum, conſtituta fuit.

Anno

Anno 1500. idem Cæſar, fœdus hæreditarium, ad viginti annos, cum Paulo Epiſcopo Curienſi, & tribus Rhætiæ fœderibus, percuſſit.

Anno 1518. 15. Decembris, illud fœdus, nondum finitum, ad perpetuum optimus Imperator & Princeps renovavit: quo, ex dominiis ſereniſſimę Auſtriacæ domus, Comitatus Tirolenſis, & quatuor dominia cis montem Arulam, nempe Velcurianũ, Brigantinũ, Hocheneck, & Pludonenſe; ex alterâ parte, Epiſcopus Curienſis, & Rhæti trium fœderum, cum ſuis ditionibus, comprehenduntur. Inter alia pacta, etiam hoc eſt: quod cuilibet fœderi ducẽtos florenos Rhenenſes quotannis dat. Hoc inter ſereniſſimos Auſtrię Duces & Rhætos, hactenus inviolabiliter obſervatum fuit.

Anno 1534. 23. Januarii, cùm quædam diſſenſiones, inter Domum Auſtriacam, ceu Comites Tirolis, & Rhætos aliquos, ortæ eſſent, illæ amicè, cum Ferdinando Romanorum Rege, Tirolis Comite, deciſæ fuere.

Poſſeſſoribus Status Mediolani, ab antiquo cum aliquibus Communitatibus fœderis Griſęi & Cathedralibus, tanquam vicinis, certæ capitulationes (utì vocant) fuere. Primò cum Vice-Comitibus: poſtea, Anno 1466. cum Galeatio Mariâ Sfortiâ Duce; & ſubſequenter cum ejus filio, Joanne Galeatio Mariâ, & Matre Bonâ, cæteriſq; ex familia Sfortiade ſucceſſoribus. Unde Maximilianus & Franciſcus ſecundus, Ludovici filii, ab Helvetiis & Rhætis, Ducatui bis ſunt reſtituti.

Anno 1531. 7. Maji, cum Franciſco ſecundo Sfortiâ, Rhæti & Helvetii, de amicitiâ mutuâ colenda, &

Joan-

Joanne Jacobo Mediceo Muſſii Caſtellano, repellendo, (uti ſuo loco fuſius diximus) certa pacta & conditiones iniverunt.

Inter sereniſſimam Rempub. Venetam & Rhæticam, ſemper, tùm propter vicinitatem, & Reipub. affinitatem; tùm etiam quòd Rhæti eorum auſpiciis aliquando militaverint, ſincera amicitia viguit: proinde etiam certæ conventiones inter eas ſunt tractatæ.

Anno 1579. menſe Auguſto, in Venetiarum Civitate, certæ capitulationes, propter bannitos, & propter commercia, ac mercatorum noſtrorum, qui eò armenta ducebant, à teloniis exemptionem, ſancitæ ſunt.

Anno 1582. conſimiles propter liberam armorum in dominio Veneto geſtandorum licentiam, & telonium in Domo Germanicâ Venetiis cum certâ moderatione à noſtris ſolvendum, initæ fuêre.

Anno verò 1603. menſe Auguſto, in Comitiis publicis Davoſii fœdus ad decennium cum Venetis pactum fuit: quo, præter alia, Veneti, cuilibet Rhætorum fœderi, quotannis 1200. coronatos Venetos, & tribus fœderibus communiter ſexaginta ſcloppeta, quas muſcetas vocant, contribuerunt.

Anno 1616. hoc fœdus renovandum conditionibus amplioribus tractatur.

Fœdera paucis abſolvimus: proximum nunc eſt, ut juſtitiæ adminiſtrandæ formam ſtricto etiam calamo tradamus.

In capitalibus ſeu criminalibus ergo, hunc ordinem ſervari videmus: ut perſona detenta, (ad cujus capturam & inquiſitionem, nonniſi legitimis præcedentibus indiciis proceditur) poſtquam totus proceſſus,

ceſſus, tàm in examine de plano, quàm rigido & quæſtionali, ſecundum facti exigentiam eſt finitus, (id quod brevi temporis ſpatio plerumq; fit) publicè univerſo populo, cuſtodiâ adhibitâ, proponatur; & ibidem à Fiſcalibus, coram conſeſſu judicum, ſub dio congregato, (qui cõſtans ex peritioribus jurisdictionis illius, numerum tricenarium nunquam excedit) actio, cum ſuccinctâ totius proceſſus offenſivi enarratione, per unum ex jus-dicẽtium numero, ad hoc delectum, inſtituatur. Reo Curatores poſtulati, ut vocant, dantur: qui unà cum conſanguineis rei, ſi qui ſunt, Advocatum ſeu Procuratorem ex eodem conſeſſu ſibi aſſumunt: per quem dein defenſiones accuſati proponuntur. Maturè itaq; proceſſu toto, offenſivo & defenſivo, cum ſuis circumſtantiis perpenſo, ſecundum reſultantia, juraq; patria & Cæſarea, fertur judicium, quod executioni mandatur. ſubinde etiam rigor in caſibus favorabilibus, pro interceſſione & deprecatione, prout ubivis locorum eſt conſuetum, contemperatur.

In Civilibus, judicium in omnibus fermè locis ex Præſide, & quatuordecim Aſſeſſoribus cõſtat. Matrimonialia, pauciores in pleriſq; locis aſſeſſores (quales in toto fœdere Decem-Jurisdictionum, in quâlibet jurisdictione, ſeptem cum Præſide ſunt) dirimere ſolent: Parochos tamen, uti juris Eccleſiaſtici peritos, plerumq; conſulunt. Predicantes

Habet præterea quælibet jurisdictio ſuum Scribam, Apparitorem, Quæſtorem & Aedilem. ſuccinctè pariter & ſummariè proceditur.

Auditâ utrâque parte in voce, per Procuratores ſuos, ex Aſſeſſorum numero ſumptos; ſcripturis ſimul

& teſtibus, ſi qui ſint, cæteriſq; partium juribus, quâ fieri poteſt, diligentiâ ponderatis, ad ſententiam deſcenditur, ita ut ferè ſemper eodem die, ſi pars utraq; parata accedat, (unus enim vel alter probationis & defenſionis terminus nemini negatur) principium & finis liti detur.

Atque ut trina fœdera & quodlibet eorum ſeorſim, certas ſuas habent conſtitutiones: ſic una ferè quæq; Communitas ſeu jurisdictio, ſua habet ſcriptis comprehenſa ſtatuta; quæ in adminiſtrandis rebus ſuis diligenter obſervat. Verùm non multùm illa inter ſe differunt: & ad eundem ſcopum, ſalutem nempe populi, tendunt.

Cæterùm æquas conſuetudines, uſu approbatas, pro legibus recipiunt; & mirâ dexteritate (etſi literis non omnes ſint exculti) ſua ferunt judicia. Perſonarum & munerum acceptatio eſt nulla.

Appellationes in fœdere Griſæo, quolibet feſto D. Georgii, Troni (uti ſuo loco memoravimus) à Deputatis audiuntur. In Cathedrali, extra jurisdictionem magnam, raræ ſunt appellationes: ſi quæ tamen ſint; plerumque ad proximam jurisdictionem deferuntur.

In fœdere Decem-Jurisdictionum ſunt nullæ; (exceptis Majævillanis, ut ſuo loco dicemus:) ſolentque ſubinde aliqua graviora ad fœdus pro conſultatione deferri. Si tamen nova reperiantur & reſultent jura, ita ut actio redintegrari poſſit: in integrum partes, per totam Rhętiam, reſtituuntur. Sic litium diſpendia & mala inde provenientia, vitãtur. Cuilibet enim jus-dicenti, plerumq; quarta pars aurei, pro ſymbolo ſolvendo, per integrum diem, (quo plures feruntur

ſenten-

ſententiæ) loco mercedis contingere ſolet: ſicq; vera amicitia conſervatur.

Quòd ſi controverſia aliqua inter tria fœdera oriatur: ex quolibet fœdere tres aut quatuor judices deliguntur, hi ſoluti juramento, quo ſuo fœderi obſtricti ſunt, cauſam vel amicè componunt, vel ex æquo & bono dijudicant: Si paria fuerint ſuffragia: Arbiter, communibus trium fœderum ſuffragiis, eligitur. Sin vero inter duo fœdera lis oriatur: ad tertium fœdus eam deferũt: quod judicium utriq; parti æquum conſtituit, litemq; dirimit. Si deniq; duo fœdera contra tertium in judicio procedere velint: ſex judices plerumq; ex parte actrice, nempe duobus fœderibus, ſecernuntur; & ex tertio fœdere reo, totidẽ nominantur, qui ſi votorum paritate cauſam dirimere non valeant: trium fœderum ſuffragiis Arbiter deligitur.

Dato etiam caſu, quòd Conventus ſeu Communitas aliqua controverſiã habeat cum ipſis fœderibus, vel cum uno tantùm: tres, quatuórve ex ſingulis fœderibus, aut eo cum quo res eſt, nominantur. Et in his enarratis, judices etiam à juramento, quo fœderibus obſtricti ſunt, relaxationem habent.

Ubi verò diverſorum fœderum Conventus ſeu Communitates inter ſe contendunt: Senatus trium fœderum, ex cæteris neutralibus Communitatibus judices conſtituit. Sin duæ juriſdictiones ejuſdem fœderis, controverſiã aliquam habeant, judicio proximæ Communitatis in eodem fœdere utuntur, partiſque reæ eſt, eam ex duabus proximis eligere.

Controverſiæ verò, ſi quæ inter noſtrum populum Rhæticum, & confœderatos Helvetios, oriuntur, amicabili & æquo judicio, tribus plerunq; ab utrâque

parte conſtitutis judicibus, (quibus diſcrepantibus, ſeptimus à parte reâ, ex actricis ditione, nominatur) diſceptantur.

Nec diſſimilia ſunt judicia, quibus lites, ſi quæ naſcuntur cum Chriſtianiſſimis Galliæ Regibus, Sereniſſimis Auſtriæ Principibus, Comitibus Tirolis, & aliis confœderatis Principibus, dirimuntur; ubi non armis & Marte; ſed egregiâ juris formâ, decertatur.

Apud omnes autem generalis juris regula, ut actor in litibus particularibus rei forum ſequatur, trita & recepta eſt.

Aggredimur jam etiam Comitiorum & Conventuum publicorum formam, quibus ea, quæ ad totius gentis Rempubl. pertinent, (qualia ſunt de pace & bello, de fœderibus, de legationibus, de legibus & edictis patriæ) tractantur: & horum conventuum primus Ilantii; (quod oppidum fœderis Griſæi eſt) ſecundus Curiæ: tertius rurſum Ilantii; quartus iterum Curiæ; & quintus Davoſii, celebratur.

Verùm ſingulis annis (ex tenore Reformationis, Anno 1613. inſtitutæ) in feſto Joannis Baptiſtæ, generalia Comitia, [*Bundtstag*] recipiendis rationibus ab Officialibus Præfecturarum (quibus etiam bienniô quôq; novis electis, in publicis Comitiis, juramẽtum, de legitimè & juſtè adminiſtrando officio, deq; obſervatione decretorum & ſtatutorum, ac fideli ratione reddendâ, defertur) ſubditorumq; gravaminibus & appellationibus audiendis, aliisq; rebus publicis, pro re natâ, cognoſcendis, habentur.

Gravamina à Cauſidicis, qui illuc magno numero confluunt, coram Senatu proponuntur: & ab Oratoribus ex æquo & bono, ſecundum ſtatuta ſubditis lata, &

ponderε

ta,& optima recepta jura ac conſuetudines, feliciter, & promptè decidūtur. Ex hisce Comitiis, ut & biennalibus, tertium quodq; Davoſii celebratur; Dominiis enim acquiſitis & acquirendis, cum eorum juribus, acceſſoriis & emolumentis, tria fœdera, æquis portionibus (ex tenore literarum fœderis) fruuntur.

His & ſuperiùs enumeratis Comitiis, ex Griſæo, viginti octo; ex Cathedrali, viginti quatuor; ex Decem-Jurisdictionum fœdere, quindecim legati, ſeu Oratores, unà cum Cancellario & Apparitore cujusq; fœderis, conveniunt. Præſes illius fœderis, ubi conventus celebratur, poſtquam conſidêre omnes; ſalutatis aliis, & de ſe ex more pauca præfatus, exponit quid proximo conventu legati in receſſibus deliberandū acceperint: ſiq; aliæ ſenatus habendi cauſæ ſint, eas ſimiliter ſuccinctè proponit. Ordine poſtea ab eodem Præſide rogati, ſinguli ſenatores ſeu legati, non proprio arbitratu, ſed mandato ſuæ quisq; Communitatis ſeu jurisdictionis, ſententiam, ſcriptis plerumque comprehenſam, (*Inſtructionem* vocant) dicunt, & ad eandem acta referunt. Atq; eo, quod major Senatus pars decreverit, reliqui tenētur. Extrema autem provocatio, eſt à Senatu ad Communitates. At tum cauſæ in ſingulis Communitatibus proponuntur: quarum ſententiæ, in ſcriptis relatæ, colliguntur.

Frequentiora autem ſunt Subcomitia [*Beytag* vulgò dicta.] Hi conventus plerumque Curiæ celebrantur: ibiq; præcipui tantum Magiſtratus, Præſides ſeu Capita (ut vocant) trium Fœderum, cōveniunt, ſubinde etiam pro gravitate rerum tractandarum, alii ex ſingulis Fœderibus convocantur; qui tamen plenam ſtatuendi poteſtatem non habent. Propoſita enim &

acta, receſſibus comprehenſa, ſi cujus momenti ſint, ad Communitates fœderum ſeparatim referuntur: quodq́ue major harum pars ſtatuerit, ratum eſt. Hæc juris pacisq́; ſtudia ſunt.

Ad diſciplinam militarem, omnes ſponte, & naturali quodam armorum ſtudio, à pueritia ſe aſſuefaciunt. Magiſtratus, ſingulis bienniis, populum armatum luſtrare ſolet: ac quælibet jurisdictio, ſuum militiæ Ducem, Vexillarium, & reliquos officiales, habet.

Legibus omnes arma habere jubentur: quæ, pro facultatum ratione, ſibi comparare, & domi conſervare coguntur. In tractandis ſcloppetis, ſingulis ferè feſtis diebus, propoſitis etiam præmiis ſe exercent publicè. Armorũ genera eadem, quæ Helvetii habere ſolent. Pleriq; loricâ induti, haſtam fraxineam prelongam; alii ſcloppeta majora [*muſchettas*] geſtant. Pauci nunc bipennes ſeu halabardas, aut haſtas tantum, & ſcloppeta minora, [*archibuſos* vocant] portare volunt: & hi caput tamen galea muniunt. Lateri prelongum & latum enſem ſinguli accingunt. Teſſeris albis cuncti, utì etiam galeâ ejusdem coloris, plumis exornatâ, conſpicui comparent. Vexilla cruce albâ rectangulâ inſigniunt: hæc enim omnium Helvetiorum eſt militare ſignum: Tympanis & tibiis utuntur: pulſus & ſonus cum Helvetiis idem eſt. Phalangem ſuam etiam Helvetiorum more, ſi commoditas loci ferat, inſtituunt: & equitatui cum denſatis haſtis, ad formã Erinacei, optime ſe reſiſtere poſſe, in prȩliis experti ſunt.

Leges militares (quas *Ordinantiam* vocant) bonas, & ȩquas habent: & ad harũ obſervationem, per ſacramentum militare obſtringuntur. Earum ſumma eſt, ut DEUM timeant & colant, neq; ejus ſanctum Nomen in va-

vanũ ſumant: ab omni blaſphemiâ abſtineant; ebrietatẽ, fornicationem, & aleã, vitent: Patriæ cõmunis libertatem, leges, & commodũ, ad extremum uſq; halitum, defendãt, & promoveant: Ducibus, & Officialibus militiæ, debitam obedientiam præſtent: nullã ſeditionẽ excitent: caſtra, ſigna, & ſtationẽ, nullus absq; veniâ, deſerat: nec alter alterum ulla injuriã, verbi, aut facti laceſcere; aut vetera odia, ſi quæ ſint, renovare, audeat: exortas rixas, quisq; pro viribus, vinculo pacis interpoſito, ſeparet, ac dirimat: lites, ſi quæ oriantur, judices deputati decidant: nec cuiquã prędandi causâ, ex acie excedere liceat; donec hoſtes prorſus profligati fuerint: poſtea verò, ubi prædandi poteſtas facta eſt à Ducibus, quicquid partũ fuerit, id omne in publicum conferatur, & viritim diſtribuatur: deniq;, Eccleſiis, locis ſacris, perſonis Eccleſiaſticis, mulierib. gravidis, virginibus, ſenibus, infantibus, annonã & arma ſubminiſtrãtibus, molendinis, piſtrinis, aratris, vitibus, ſegetibus, & arborib. frugiferis, omnes parcãt.

Superſunt nobis Rhęticę Reipub. Conſtitutiones, quæ ſecundum incidentes & urgentes caſus ſancitæ fuere, Laconico ſtylo adumbrandæ.

Anno ergo 1500. Rex Galliæ Ludovicus, & Ludovicus Sfortia Mediolani Dux, diſſidentes, & ſuper Mediolani Ducatu pugnantes, Penſionarios ſuos (uti etiam Imperator Maximilianus primus) ſemper in Rhætia aliquos habebant. Proinde ad conſervandã libertatem Rhætiæ intactam; aſſiduis quoq; F. Nicolai Eremitæ, apud Subſylvanos Helvetios, adhortantibus, ad quem frequens ex Rhætia concurſus erat, moti, communi omnium voto, ſanctio conſtituta fuit: ne cuiquam Rhæto, cujuscunq; generis, gradus aut

con-

condicionis, liceret, ſub graviſſima pœnâ infamiæ, & arbitrariâ, ulteriùs judicibus deligendis, ab ullo Principe extero, munera & penſiones (ita enim ſtipendia Principum vocant) accipere. Conſtitutio hæc, Literarum Penſionalium nomen retinuit.

Anno 1524. Dominicâ Quaſimodogeniti, certi articuli, propter abſentes, & Curtiſanos, (ut vocantur) ne eis præbendas poſſidere liceret; itemq; propter decimas ſunt conſtituti.

Anno 1526. die 13. Januarii, celebris diſputatio Ilantii habita fuit, inter Evangelicos Reformatos, & Catholicos cum Miſsa, in quâ articuli controverſi argutè tractati. Ab Evangelicorum parte primas tenebat Joannes Comander, cum Philippo Salutio: ab altera parte aderat Theodorus Schlegel, vir acutus, Abbas D. Lucii, & Vicarius Epiſcopi, cum D. Bartholomæo à Caſtromuro, Protonotario Apoſtolico, multisque aliis Canonicis & ſacerdotibus. Poſt illam ſeptem ſacerdotes miſſifici Reformatis ſe addixere. Aliæ, (nempe Anno 1538. Suſii, in Engadina inferiori; Anno 1595. & 1596. Tirani, in Valletelina) etiam in negotio religionis, habitæ ſunt in Rhætia diſputationes; quas hoc libello, cùm typis exaratæ ſint, tractare ſuperſedeo.

Eodem anno 1526. in feſto Joannis Baptiſtæ, certi articuli, numero viginti, inviolabiliter obſervandi, fuêre ſanciti. Summa eorum eſt: Ne Epiſcopus Curienſis, aut quisquam alius Eccleſiaſtici ordinis, civilem Magiſtratum, & Præfectum ſeu Miniſtralem, Côventui & judicio alicui præponat; ſed populus, ſuos Magiſtratus, propriis ſuffragiis creet: Nec Miniſtri & Officiales Epiſcopi, quamdiu illi ſerviunt, Comitiis

& Se-

& Senatui Rhæticæ interſint: Miniſtros Eccleſiarum ſingulæ parochiæ ſibi deligere, ab officio removere, & eis ſtipendia ſolvere poſſint.

Decimas minores nullas poſthàc ſolvit Rhætia: majores, ubi jus exigendi eſt, non in agro; ſed collectis vino & frugibus domi, & quidem decimam quintam tantum, alibi etiam minus, ſecundum conventiones, pendunt.

Anno 1530. die Lunæ ante feſtum Purificationis Mariæ: cùm tria fœdera Rhætiæ, graves expenſas & jacturam rerum, cum internecione multorum fortium virorum, in oppugnatione civitatis Clavennenſis, præſertim autem obſidione Caſtri ibidem, & bello Dubiuenſi, à Joanne Jacobo Medicæo, & ejus ſocio, Comite Gerardo de Arco, anno 1525. paſſa fuiſſent: Epiſcopus verò, cui antea quarti cujusq; Volturenæ Capitanei & Gubernatoris electio competebat, nec militem, nec commeatum, aut quicquam de ſuo contribuiſſet: ad certa pacta (quæ ſub ſigillo Joannis Ebli, Landammani apud Glaronenſes, deſcriptæ ſunt) deventum fuit: ut nempe Epiſcopus jus ſuum, quod in Volturenâ, Comitatu Clavennæ, & Bormio, haberet, tribus fœderibus liberè renuntiaret. Viciſſim illi, certam pecuniæ ſummam, nempe quolibet anno 1000. libras imperiales illi darent. Hodie itaq; ſingulis biennis, ex telonio Clavennenſi, ipſi 573. florenos & [illegible] bacenos, pendunt.

Conſtitutionum tranſgreſſoribus ſemper ſuæ erant pœnæ & proinde certa ordinata judicia: quæ deinde, furore populi, ſubinde plusquàm Radamanthea fuere.

Anno 1529. Theodorus Schlegel, Davoſio oriun-

dus, Abbas D. Lucii, in civitate Curienſi, à trium fœderum judicibus, proceſſu longo inſtituto, morti adjudicatus fuit, & capite mulctatus. Criminationis ſumma erat: Quod Joanni Angelo Medicæo (qui poſtea Pontificatum Romanum adeptus fuit, & Pius quartus vocatus, frater Joannis Jacobi Muſſii Caſtellani) favorem, opem & conſilium, in adipiſcendo Epiſcopatu Curienſi, promiſerat: à qua civitate ſedem ſuam Paulus Zieglerus, Epiſcopus Curienſis, ob articulos ante triennium ſancitos Epiſcopatui præjudiciales, iratus, Fürſtenburgum tranſtulerat. Joannes igitur Angelus, prætextu comitandi ſororem ſuam, quæ Volfio Theodorico ab Alto Amiſio tum nupſerat, Curiam aut Furſtenburgum, in lecticâ, tanquam valetudinarius, deferendus erat, Epiſcopo verò Paulo, conditio alia digna obtingere debebat. Abbatis autem detentione, omnia detecta & præpedita fuère. Gubernator etiam Vallistelinæ, Georgius Belious Davoſianus, Abbatis conſobrinus, qui Conſpirationis etiam ſocius putabatur, Zuzium, in Engadinam ſuperiorem, captivus ductus, & rigidè examinatus eſt, innocentiâ verò ejus deprehensâ, liber iterum dimiſſus fuit.

Anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, Curiæ, aliqui Penſionarii, & Regis Galliæ ſtipendiarii, à judicibus ibidem congregatis mulctati fuère, & ad tempus acceſſu Senatus Rhætici, privati.

Sic etiam anno 1550. Davoſii, fœderis Decem-Juriſdictionum homines convenere. Penſionarios Coronæ Chriſtianiſſimæ graviter mulctavere. Tu-

mul-

tumultuarius admodùm proceſſus erat. Sæviebat populi pars maximè adverſus Joannem Gulerum, Davoſianorum Præſidem, & Valentinum à Vazerino, aliàs Valliſtelinæ Gubernatorem: quaſi qui fœderis Gallici, cum Henrico ſecundo Rege renovati, articulos aliter populo propoſuiſſent, ac Tabulæ ipſæ Confœderationis haberent. Tandem, re totâ cognitâ, interceſſione Helvetiorum & Ulderici Philippi Baronis ab Alto-Saxo, integritas horum & aliorum, pecuniariâ mulctâ affectorum, perſpecta, ipſique priſtinis dignitatibus reſtituti fuere.

Hoc ipſo anno, die 23. Februarii, judicio fœderis Decem Juriſdictionum, reliquis duobus fœderibus inter ſe de præcedentiâ certantibus, ea Griſæo adjudicata fuit.

Anno 1561. inter alias leges, Ilantii in Comitiis latas, Ordo Jeſuitarum (quorum aliqui, Ponti, in Valletelinâ, virtute Legati cujuſdam, ſibi ab Antonio Quadrio Equite relicti, ſedem figere volebant) proſcriptus fuit.

Anno 1565. Fortuna Radamanthæorum judiciorum excepit Rodolphum à Salicibus, (poſtea Sacri Romani Imperii Baronem factum; ornamentum Helveticæ & Rhæticæ nobilitatis, in armatâ, & togatâ militiâ, ſplendidiſſimum) ac alios munerum & penſionum à Principibus exteris acceptarum accuſatos. Judicii locus Zuzii erat, in Engadinâ ſuperiori: hi enim cum inferioribus Engadinis, hoc præcipuè judicium exercebant.

Militiæ Ducis Rudolphi Salicæi, præcipua criminatio erat: quod Venetorum Reipubl. ſubreptitiis

trium fœderum diplomatibus, militem promiſiſſet. Miſere is tortus, purgatisq; tandem ſuppoſitis indiciis, expenſarum perſolutione, dimiſſus fuit. Gallici etiam Penſionarii mulctati, & omnia in expenſas ſunt converſa.

Eodem anno, poſt fata Thomæ Plantæ, Epiſcopi Curienſis, diſcordia nata eſt in electione ſucceſſoris. Beatus a Portâ Davoſianus, potioribus Canonicorum ſuffragiis eligitur. Bartholomæus a Salis Prægallus, jam tertiò Epiſcopatum ambiens, aliquot Canonicorum vota habet; & ſimul à Communitatibus fœderis Cathedralis expetitur. Res diu multumque acerbè diſputata, tandem conſenſu partium, ad Pontificis Max. judicium defertur: qui pro Beato pronuntiavit. Rhætorum deinde legati eos, anno 1568. amicabili deciſione, ad concordiam deduxere.

Cum in adipiſcendis officiis, tam in patria & juriſdictionibus Rhætiæ, quam apud ſubditos, mira vafrities introducta eſſet: ita ut prehenſationibus, quæ per crebras comeſſationes, & pecuniæ ac aliorum munerum diſtributiones, fiebant, (*practicas* illi vocant) pleraque peſſimo uſu adminiſtrarentur; anno 155[illegible] die 24. Januarii, ſeverum edictum ſuper eare a tribus fœderibus, publicatum fuit: uti etiam, ne quis ſeditiones in Communitatibus excitaret. Sed cum hæc temporis progreſſu negligerentur: Anno 1570. die 25. Octobris, in publicis Comitiis Davoſii, eadem, majori ſtudio, & comminatione pœnæ, inhibita fuere: Ne cuiquam, cujuscunque gradus & conditionis eſſet, liceret, directè nec indirectè, per ſe aut alios in ambiendo aliquo Officio, ſive Miniſtralis aut Oratoris, ſive Præfecturæ apud ſubditos, vel cujuscunq; alterius

terius nominis, prece pretiove ullo modo uti: idque ille juramento poſt promotionem ſuam, confirmare valeret.

Anno 1572. Status Rhætiæ noſtræ admodum turbatus fuit. Conradus à Planta, J.U. Doctor, Decanus & Canonicus Curienſis, filius Joannis à Planta, J.U. Doctoris, & Rhætii Domini, homo ambitioſus, habito conſilio cum Vincentio Quadrio, Equite Pontenſi, Voltureno, & aliis: à ſummo Pontifice, Pio quinto, Anno 1570. Breve Apoſtolicum, fruendi reditibus Eccleſiæ D. Urſulæ, in Volturena Tilli, ſitæ, obtinuerat: qui reditus, conſenſu Senatus Rhætici, ab aliquibus Nobilibus ex familia Guicciarda exigebantur. Mox, ad majorem corroborationem, eo ipſo anno 1570. prid. Cal. Martii, mittitur ab eodem Pontifice Bulla, qua, Motu (ut ſonabant verba) proprio, non ad alicujus inſtantiam (ad Nobilem virum Joannem Plantam, quem Syndicum & Procuratorem ſuũ, Epiſtolæ ante miſſæ mentionẽ faciens, conſtituebat) ut omnia bona in Rhætia, Clavenna, & Voltureno, ad Abbatias & Præpoſituras pertinentia, & à perſonis inhabilib. occupata, poſſit recuperare, eaq; etiã propriis filiis concedere: judices voluit eſſe, Epiſcopũ Curienſem & Comenſem, pro placito Syndici. Præterea injungit Patriarchæ Alexandrino & Conſtantienſi ac Baſilienſi Epiſcopis, faciant præmiſſa ab omnibus, quos illa concernant, inviolabiliter obſervari, rebelles & contradictores, per cenſuras, ſententias & pœnas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Cum innotuiſſet ergo, de Brevi Apoſtolico & Bulla, in-

crebreſceret. Papa literas duas mitiores, primas menſe Majo, poſteriores decimo quinto menſis Septembris, exaratas, mittit: in quibus nulla mentio beneficiorum, in Rhætiâ dominante ſitorum, ſed tantùm in Volturenâ & Claveonâ; ſpeciatim, Sanctæ Urſulæ Tilii & Sanctæ Margaritæ Triuvii, in Volturena, quæ a Monachis ordinis Humiliatorum poſſeſſa fuerant. Interim Anno 1571. Conradus, Decanus & Canonicus, poſſeſſionem Divæ Urſulæ Tilii adiit.

Res in ſubcomitiis agitatur: ubi Dominus Rhetii, Bullam cum literis Papalibus ſupra nominatis, trium fœderum Preſidibus conſignat. Diſceptatur, an Conrado Domini Rhetii filio, an verò Guicciardis Præpoſitura Tilii relinquenda eſſet? Deniq; rem Communitatibus proponendam eſſe ſtatuitur. Mox, tumultuante populo, æmulorumq; turba conclamante, ſigna Rhætiæ militaria Curiæ convolant. Rhetii Dominus, captivus Curiam ductus, ibidem cuſtoditur: filius Conradus & alii, fugâ ſalutem quærunt. In magno plebis furore, judicium conſtituitur: & poſtquam ille rigidiſſimo torturæ examine diu cruciatus eſſet, prævalentibus ſuffragiis, morti adjudicatur: quam capitis amputatione, menſe Martio, Anno 1572. intrepide adiit: vir ſane, qui ſe in functionibus ſuis, in Senatu, & legationibus Rhæticis ac Voltureneſibus, (ubi Vicarius, & ſecundò Capitaneus ac Gubernator fuit) magnâ cum laude geſſit. Multi proſcribuntur, & bonis plurimi mulctantur.

Necdum horum tumultuum finis. Anno enim ſequente 1573. Thuſciç, oppido fœderis Griſei, à congregatis judicibus trium fœderum, electi Officiales

Præ-

Præfecturarum apud ſubditos, quòd muneribus & pretio eas adepti eſſent, mulctati fuere; majorq; pars iis privata. Aliquot etiam ex Rhætis, & ſubditis, in exilium miſere: multos non exiguâ pecuniæ ſummâ condemnavêre.

Helvetii confœderati, his & ſuperioribus tumultibus, per Legatos ſuos, ſtrenuam & fidelem operam, in componendis & conciliandis animis, navavere. Tandem eorum operâ, hoc eodem anno, deferveſcente jam populi furore, Curiæ in Triclinio Epiſcopatus, judicium aliud, ex trium fœderum aſſeſſoribus, conſtitutũ: ubi aliqui ex jus-dicentibus, Thuſciæ ſutè congregatis, ob exceſſus, & proprii lucri ſtudium, caſtigati: plerique, Curiæ & Thuſciæ antè, ut memoravimus, proſcripti & mulctati, auditis illorum defenſionibus & perſonalibus comparitionibus, patriæ, & priſtinis honoribus ac dignitatibus reſtituti fuere.

Ut tumultus & furioſus concurſus popularis impoſterum evitarentur, ſuaſu etiam Helvetiorum, ſanctio conſtituta fuit, hoc ipſo 1573. anno, trium fœderum ſigillis (unde *Tabula Trium ſigillorum vocata*) communita: Nempe, ut poſt hac non armorum terrore, ſed placida juris formâ, omnia decidantur. Si quis ergo in juriſdictione contra avitam libertatem patriæ aliquid commiſiſſe, aut molitus eſſe, aut quovis modo hujuſcemodi crimine contaminatus, deprehenſus fuerit, ab ejus juriſdictionis hominib. judicio præfectis, meritas pœnas recipiat. Si oſcitantia juriſdictionis pateat: fœdus, cui illa annumeratur, rem, juris ſervata formâ, aggreditur: & hoc languente, [illegible] fœdera, ne malum creſcat, inſuperque majus, auto-

ritate

acta, receſſibus comprehenſa, ſi cujus momenti ſint, ad Communitates fœderum ſeparatim referuntur: quodque major harum pars ſtatuerit, ratum eſt. Hæc juris pacisq; ſtudia ſunt.

Ad diſciplinam militarem, omnes ſponte, & naturali quodam armorum ſtudio, à pueritia ſe aſſuefaciunt. Magiſtratus, ſingulis bienniis, populum armatum luſtrare ſolet: ac quælibet jurisdictio, ſuum militiæ Ducem, Vexillarium, & reliquos officiales, habet.

Legibus omnes arma habere jubentur: quæ, pro facultatum ratione, ſibi comparare, & domi conſervare coguntur. In tractandis ſcloppetis, ſingulis ferè feſtis diebus, propoſitis etiam præmiis ſe exercent publicè. Armorũ genera eadem, quæ Helvetii habere ſolent. Pleriq; lorica induti, haſtam fraxineam prælongam; alii ſcloppeta majora [*muſchettas*] geſtant. Pauci nunc bipennes ſeu halabardas, aut haſtas tantum, & ſcloppeta minora, [*archibuſos* vocant] portare volunt: & hi caput tamen galea muniunt. Lateri prælongum & latum enſem ſinguli accingunt. Teſſeris albis cuncti, utì etiam galea ejuſdem coloris, plumis exornatæ, conſpicui comparent. Vexilla cruce alba rectanguli inſigniunt: hæc enim omnium Helvetiorum eſt militare ſignum: Tympanis & tibiis utuntur: pulſus & ſonus cum Helvetiis idem eſt. Phalangem ſuam etiam Helvetiorum more, ſi commoditas loci ferat, inſtituunt: & equitatui cum denſatis haſtis, ad formã Erinacei, optimè ſe reſiſtere poſſe, in preliis experti ſunt.

Leges militares (quas *Ordinantiam* vocant) bonas, & æquas habent: & ad harũ obſervationem, per ſacramentum militare obſtringuntur. Earum ſumma eſt, ut DEUM timeant & colant, neq; ejus ſanctum Nomen in va-

vanũ ſumant: ab omni blaſphemiâ abſtineant; ebrietatẽ, fornicationem, & aleã, vitent: Patriæ cõmunis libertatem, leges, & commodũ, ad extremum uſq; halitum, defendãt, & promoveant: Ducibus, & Officialibus militiæ, debitam obedientiam præſtent: nullã ſeditionẽ excitent: caſtra, ſigna, & ſtationẽ, nullus absq; veniâ, deſerat: nec alter alterum ulla injuria, verbi, aut facti laceſcere; aut vetera odia, ſi quæ ſint, renovare, audeat: exortas rixas, quisq; pro viribus, vinculo pacis interpoſito, ſeparet, ac dirimat: lites, ſi quæ oriantur, judices deputati decidant: nec cuiquã prędandi causâ, ex acie excedere liceat; donec hoſtes prorſus profligati fuerint: poſtea verò, ubi prædandi poteſtas facta eſt à Ducibus, quicquid partũ fuerit, id omne in publicum conferatur, & viritim diſtribuatur: deniq;, Eccleſiis, locis ſacris, perſonis Eccleſiaſticis, mulierib. gravidis, virginibus, ſenibus, infantibus, annonã & arma ſubminiſtrãtibus, molendinis, piſtrinis, aratris, vitibus, ſegetibus, & arborib. frugiferis, omnes parcãt.

Superſunt nobis Rheticę Reipub. Conſtitutiones, quæ ſecundum incidentes & urgentes caſus ſancitæ fuere, Laconico ſtylo adumbrandæ.

Anno ergo 1500. Rex Galliæ Ludovicus, & Ludovicus Sfortia Mediolani Dux, diſſidentes, & ſuper Mediolani Ducatu pugnantes, Penſionarios ſuos (uti etiam Imperator Maximilianus primus) ſemper in Rhætiâ aliquos habebant. Proinde ad conſervandã libertatem Rhætiæ intactam; aſſiduis quoq; F. Nicolai Eremitæ, apud Subſylvanos Helvetios, adhortantibus, ad quem frequens ex Rhætiâ concurſus erat, moti, communi omnium voto, ſanctio conſtituta fuit: ne cuiquam Rhæto, cujuscunq; generis, gradus aut

con-

condicionis, liceret, ſub graviſſimâ pœnâ infamiæ, & arbitrariâ, ulteriùs judicibus deligendis, ab ullo Principe extero, munera & penſiones (ita enim ſtipendia Principum vocant) accipere. Conſtitutio hæc, Literarum Penſionalium nomen retinuit.

Anno 1524. Dominicâ Quaſimodogeniti, certi articuli, propter abſentes, & Curtiſanos, (ut vocantur) ne eis præbendas poſſidere liceret; itemq; propter decimas ſunt conſtituti.

Anno 1526. die 13. Januarii, celebris diſputatio Ilantii habita fuit, inter Evangelicos Reformatos, & Catholicos cum Miſsa, in quâ articuli controverſi argutè tractati. Ab Evangelicorum parte primas tenebat Joannes Comander, cum Philippo Salutio. ab alterâ parte aderat Theodorus Schlegel, vir acutus, Abbas D. Lucii, & Vicarius Epiſcopi, cum D. Bartholomæo à Caſtromuro, Protonotario Apoſtolico, multisque aliis Canonicis & ſacerdotibus. Poſt illam ſeptem ſacerdotes miſſifici Reformatis ſe addixere. Aliæ, (nempe Anno 1538. Suſii, in Engadinâ inferiori; Anno 1595. & 1596. Tirani, in Valletelinâ) etiam in negotio religionis, habitæ ſunt in Rhætiâ diſputationes; quas hoc libello, cùm typis exaratæ ſint, tractare superſedeo.

Eodem anno 1526. in feſto Joannis Baptiſtæ, certi articuli, numero viginti, inviolabiliter obſervandi, fuere ſanciti. Summa eorum eſt: Ne Epiſcopus Curienſis, aut quisquam alius Eccleſiaſtici ordinis, civilem Magiſtratum, & Præfectum ſeu Miniſtralem, Côventui & judicio alicui præponat, ſed populus, ſuos Magiſtratus, propriis ſuffragiis creet: Nec Miniſtri & Officiales Epiſcopi, quamdiu illi ſerviunt, Comitiis & Se-

& Senatui Rhæticæ interſint: Miniſtros Eccleſiarum ſingulæ parochiæ ſibi deſigere, ab officio removere, & eis ſtipendia ſolvere poſſint.

Decimas minores nullas poſthâc ſolvit Rhætia: majores, ubi jus exigendi eſt, non in agro: ſed collectis vino & frugibus domi, & quidem decimam quintam tantum, alibi etiam minus, ſecundum conventiones, pendunt.

Anno 1530. die Lunæ ante feſtum Purificationis Mariæ: cum tria fœdera Rhætiæ, graves expenſas & jacturam rerum, cum internecione multorum fortium virorum, in oppugnatione civitatis Clavennenſis, præſertim autem obſidione Caſtri ibidem, & belli Dubinenſi, à Joanne Jacobo Medicæo, & ejus ſocio, Comite Gerardo de Arco, anno 1525. paſſa fuiſſent: Epiſcopus vero, cui antea quarti cujusq; Volturenæ Capitanei & Gubernatoris electio competebat, nec militem, nec commeatum, aut quicquam de ſuo contribuiſſet: ad certa pacta (quæ ſub ſigillo Joannis Ebli, Landammani apud Glaronenſes, deſcriptæ ſunt) deventum fuit: ut nempe Epiſcopus jus ſuum, quod in Volturena, Comitatu Clavennæ, & Bormio, haberet, tribus fœderibus libere renuntiaret. Viciſſim illi, certam pecuniæ ſummam, nempe quolibet anno 1000. libras imperiales illi darent. Hodieq; ſingulis biennis, ex telonio Clavennenſi, ipſi 573. florenos & 0. bacenos, pendunt.

Combinationum tranſgreſſoribus ſemper ſuæ erant pœnæ; & proinde certa ordinaria judicia: quæ deinde, furore populi, ſubinde plusquam Radamanthea fuere.

Anno 1529. Theodorus Schlegel, Davoſio oriun-

dus, Abbas D. Lucii, in civitate Curienſi, à trium fœderum judicibus, proceſſu longo inſtituto, morti adjudicatus fuit, & capite mulctatus. Criminationis ſumma erat: Quod Joanni Angelo Medicæo (qui poſtea Pontificatum Romanum adeptus fuit, & Pius quartus vocatus; frater Joannis Jacobi, Muſſii Caſtellani) favorem, opem & conſilium, in adipiſcendo Epiſcopatu Curienſi, promiſerit: à qua civitate ſedem ſuam Paulus Zieglerus, Epiſcopus Curienſis, ob articulos ante triennium ſancitos Epiſcopatui præjudiciales, iratus, Furſtenburgum tranſtulerat. Joannes igitur Angelus, prætextu comitandi ſororem ſuam, quæ Volfio Theodorico ab Alto Amiſio tum nupſerat, Curiam aut Furſtenburgum, in lecticâ, tanquam valetudinarius, deferendus erat, Epiſcopo vero Paulo, conditio alia digna contingere debebat. Abbatis autem detentione, omnia detecta & præpedita fuere. Gubernator etiam Vallistellinæ, Georgius Belinus Davoſianus, Abbatis conſobrinus, qui Conſpirationis etiam ſocius putabatur, Zuzium, in Engadinam ſuperiorem, captivus ductus, & rigidè examinatus eſt, innocentiâ vero ejus deprehensâ, liber iterum dimiſſus fuit.

Anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, Curiæ, aliqui Penſionarii, & Regis Galliæ ſtipendiarii, à judicibus ibidem congregatis mulctati fuere, & ad tempus acceſſu Senatus Rhætici privati.

Sic etiam anno 1556. Davoſii, fœderis Decem-Juriſdictionum homines convenere. Penſionarios Coronæ Chriſtianiſſimæ graviter mulctavere. Tumul-

multuarius admodum proceſſus erat. Sæviebat populi pars maximè adverſus Joannem Gulerum, Davoſianorum Præſidem, & Valentinum à Vacerano, aliàs Vallistelinæ Gubernatorem: quaſi qui fœderis Gallici, cum Henrico ſecundo Rege renovati, articulos aliter populo propoſuiſſent, ac Tabulæ ipſæ Confœderationis haberent. Tandem, re totâ cognitâ, interceſſione Helvetiorum & Ulderici Philippi Baronis ab Alto-Saxo, integritas horum & aliorum, pecuniariâ mulctâ affectorum, perſpecta, iiſque, priſtinis dignitatibus reſtitui fuere.

Hoc ipſo anno, die 23 Februarii, judicio fœderis Decem-Juriſdictionum, reliquis duobus fœderibus inter ſe de præcedentiâ certantibus, ea Griſeo adjudicata fuit.

Anno 1561. inter alias leges, Ilantii in Comitiis latas, Ordo Jeſuitarum (quorum aliqui, Ponti, in Valtellinâ, virtute Legati cujuſdam, ſibi ab Antonio Quadrio Equite relicti, ſedem figere volebant) proſcriptus fuit.

Anno 1565. Fortuna Radamanthæorum judiciorum excepit Rodolphum à Salicibus, (poſtea Sacri Romani Imperii Baronem factum; ornamentum Helveticæ & Rhæticæ nobilitatis, in armatâ, & togatâ militiâ ſplendidiſſimum) ac alios munerum & penſionum à Principibus exteris acceptarum accuſatos. Judicii locus Zuzii erat, in Engadinâ ſuperiori, hi enim cum inferioribus Engadinis, hoc præcipuè judicium exercebant.

Militiæ Ducis Rodolphi Salicæi, præcipua criminatio erat: quod Venetorum Reipubl. ſubreptitius

trium fœderum diplomaribus, militem promiſiſſet. Miſerè is tortus, purgatisq; tandem ſuppoſitis indiciis, expenſarum perſolutione, dimiſſus fuit. Gallici etiam Penſionarii mulctati, & omnia in expenſas ſunt converſa.

Eodem anno, poſt fata Thomæ Planta, Epiſcopi Curienſis, diſcordia nata eſt in electione ſucceſſoris. Beatus a Porta Davoſianus, potioribus Canonicorum ſuffragiis eligitur. Bartholomæus a Salis Prægallus, jam tertiò Epiſcopatum ambiens, aliquot Canonicorum vota habet, & ſimul a Communitatibus fœderis Cathedralis expetitur. Res diu multumque acerbè diſputata, tandem conſenſu partium, ad Pontificis Max. judicium defertur: qui pro Beato pronunciavit. Rhætorum deinde legati eos, anno 1568. amicabili deciſione, ad concordiam deduxere.

Cùm in adipiſcendis officiis, cùm in patriâ & juriſdictionibus Rhætiæ, quàm apud ſubditos, mira ſatieties introducta eſſet: ita ut prehenſationibus, quæ per crebras comeſſationes, & pecuniæ a ſingulis/aliorum munerum diſtributiones, fiebant, (*practicas* illi vocant) pleraque peſſimo uſu adminiſtrarentur: anno 155[illegible] die 24. Januarii, ſeverum edictum ſuper eâre a tribus fœderibus, publicatum fuit: ubi etiam, ne quæ ſeditiones in Communitatibus excitarentur: ſed cum hæc temporis progreſſu negligerentur: Anno 157[illegible]. die 15. Octobris, in publicis Comitiis Davoſii, eadem, majori ſtudio, & comminatione pœnæ inhibita fuere: Ne cuiquam, cujuſcunque gradus & conditionis eſſet, liceret, directè nec indirectè, per ſe aut alios, in ambiendo aliquo Officio, ſive Miniſtrali aut Oratoris, ſive Præfecturæ apud ſubditos, vel cujuſcunq; alterius

terius nominis, prece pretióve ullo modo uti: idque ille juramento poſt promotionem ſuam, confirmare valeret.

Anno 1572. Status Rhætiæ noſtræ admodum turbatus fuit. Conradus à Planta, J.U. Doctor, Decanus & Canonicus Curienſis, filius Joannis à Planta, J.U. Doctoris, & Rhætiis Domini, homo ambitioſus, habito conſilio cum Vincentio Quadrio, Equite Pontenſi, Voltureno, & aliis: à ſummo Pontifice, Pio quinto, Anno 1570. Breve Apoſtolicum, fruendi reditibus Eccleſiæ D. Urſulæ, in Volturenâ Tilli ſitæ, obtinuerat: qui reditus, conſenſu Senatus Rhetici, ab aliquibus Nobilibus ex familia Guicciarda exigebantur. Mox, ad majorem corroborationem, eo ipſo anno 1570. prid. Cal. Martii, mittitur ab eodem Pontifice Bulla: qua Motu (ut ſonabant verba) proprio, non ad alicujus inſtantiam (ad Nobilem virum Joannem Plantam, quem Syndicum & Procuratorem ſuũ, Epiſtolæ ante miſſæ mentionẽ faciens, conſtituebat) ut omnia bona in Rhetia, Clavenna & Voltutena, ad Abbatias & Præpoſituras pertinentia, & à perſonis inhabilib. occupata, poſſit recuperare, eaq; cum propriis filiis concedere, judices vult eſſe Epiſcopũ Curienſem & Comenſem, pro placito Syndici: Præterea injungit Patriarchæ Alexandrino & Conſtantienſi ac Baſilienſi Epiſcopis, faciant præmiſſa ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter obſervari, rebelles & contradictores, per cenſuras, ſententias & poenas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Cum rumor ergo, de Brevi Apoſtolico & Bullis, in-

Præfecturarum apud ſubditos, quod muneribus & precio eas adepti eſſent, mulctati fuere; majorq; pars iis privata. Aliquot etiam ex Rhætis, & ſubditis, in exilium miſêre: multos non exiguâ pecuniæ ſummâ condemnavêre.

Helvetii confœderati, his & ſuperioribus tumultibus, per Legatos ſuos, ſtrenuam & fidelem operam, in componendis & conciliandis animis, navavere. Tandem eorum operâ, hoc eodem anno, defervente jam populi furore, Curiæ in Triclinio Epiſcopatus, judicium aliud, ex trium fœderum aſſeſſoribus, conſtitutū: ubi aliqui e jus-dicentibus, Thuſciæ ante congregatis, ob exceſſus, & proprii lucri ſtudium, caſtigati pleriique, Curiæ & Thuſciæ, ante, ut memoravimus, proſcripti & mulctati, auditis illorum defenſionibus & perſonalibus comparitionibus, patriæ, & priſtinis honoribus ac dignitatibus reſtituti fuêre.

Ut tumultus & furioſis concurſus populari in poſterum evitarentur, ſuaſu etiam Helvetiorum, ſanctio conſtituta fuit, hoc ipſo 1573. anno, trium fœderum ſigillis (unde *Tabula Trium ſigillorum vocata*) communita: Nempe, ut poſthac non armorum terrore, ſed placidâ juris formâ, omnia decidantur. Si quis ergo in juriſdictione contra avitam libertatem patriæ aliquid commiſiſſe, aut molitus eſſe, aut quovis modo hujuſcemodi crimine contaminatus, deprehenſus fuerit, ab ejus juriſdictionis hominib. judicio præfectus, meritas pœnas recipiat. Si oſcitantia juriſdictionis pateat: fœdus, cui illa annumerata, rem, juris ſervata formâ, aggrediatur: & hoc languente, reliqua tunc fœdera, ne malum creſcat, indilatumque maneat, aucto-

ritate

ritate ſuâ ſupremâ, provideant. Si aliquis verò alterum injuriâ, proditæ patriæ libertatis, (frequentiſſima hæc tumultuantium cantilena eſt) aut alio quovis modo inſimulaverit; & in probatione defecerit: ex lege Talionis reus ipſe fiat.

Anno 1575. magni motus intra Engadinos ſuperiores, qui infra & ſupra Fontem Merulinum ſunt, propter juriſdictionalia, aliaque inde dependentia, excreverant ita ut ferè ad arma deveniſſent: tandem verò Legati Gallici in Rhætia, Helvetiorum, & trium fœderum interceſſione, & juridicâ deciſione, controverſiæ deciſæ fuerunt.

Publicam novem annorum quietem in Rhætia denuò turbant machinationes Rinaldi Tettoni Mediolanenſis mercatoris, ſed ejus, qui foro ceſſerat. Hic, cum junctis ſibi duobus aliis ejuſdem farinæ ſociis, Joanne Ambroſio Rubiata, & Carolo Balceno, à Cardinale Carolo Borromæo, Archiepiſcopo Mediolani, & poſtea à Papâ Paulo quinto, anno 1610 menſe Novembri, canonizato, (ut fama conſtans erat) adjuti, connivente & aſſentiente Ducatus Mediolani Gubernatore, D. Carolo Taleavia de Aragonia, Duce Terræ novæ &c. milite, quâ poſſunt rectâ ſilentione, conſcribere incipiunt: & præſertim ſubditos ad defectionem, & conſpirationem, ſi quos poſſint, ſollicitare ſatagunt: cujus cauſa Gleranum in Triumplino Lacus Larii, veniens dictus Joannes Ambroſius Rubiata, caſu ibidem invento Andreâ Morono Sondrienſe, homine plebejo, alioqui ſatis arguto, illi inſtitutum ſuum aperit; & de Volturenenſibus aliquibus, conſpirationis ſociis, gloriatur. Hic magno quidem gaudio, propter religionis ſcilicet Catholicæ

pro-

propagationem,ſe effuſum ſimulat: & ſuo, & aliorum Sondrienſium amicorum ſuorum nomine, tractatui ſubſcribit. Mox amicis ſuis Sondrium ſcribit; ut rem totã Vallistelinæ Capitaneo, Rudolpho à Schauuenſtein aperiant: ad quem, ne ſuſpicionem Rubiatæ moveret, ipſe ſcribere non audebat. Hinc benignè à Rubiatâ, cum plurimis pollicitationibus, dimiſſus, Joannem Enderlinum Morbenii, & Joachimum à Jochberg Trahonæ, Prætores, ipſumq; etiam Capitaneum adit, ac rem totam aperit, qui veloci calamo Dominis ſuis omnia ſignificant. Statim ſubditi aliqui, de quibus Rubiata ſermones habuerat, Vincentius Maria Quadrius, Vallis Cancellarius, Fabius Quadrius, ambo Pontenſes, & Joannes Baptiſta Torellus de Villã, unà cum ipſo Morono, capiuntur. Torellus, quem Moronus cum Rubiatâ collocutum fuiſſe aſſerebat, majoribus proin indiciis aggravatus, menſe Januario, Curiæ conſtituto judicio, acriter torquetur. In eadem civitate etiam cuſtodiæ mandantur, Nicolaus Venoſta Groſienſis, Præpoſitus Curienſis, & Vincentius Quadrius, ibidem Canonicus, Cancellarii Vallis filius, qui etiã eodem tempore tortus fuit. Hi omnes tamen abſoluto proceſſu, ordineque judicii ſervato, indicia purgavêre: nec infidelitatis aut criminis læſæ Majeſtatis, ullo modo rei inventi, abſoluti fuêre.

Menſe Novembri, Anno 1584. Cardinalis moritur, Illi nihiloſeciùs, Cardinalitæ pecuniæ nervis, ad exſtirpandam (uti vocabant) hæreſin, in Italiæ finibus, deſtinatæ, aliquatenus corroborati, in propoſito ſuo pergunt. Propoſitum autem erat: Vallemtelinam, cum Comitatu Clavennæ deprædari; &, ſi valerêt, occupare; omniaq; ad Romanæ ſedis obedientiam per-

trahere. Res verò aliquamdiù dilata fuit: quòd non ſatis inter Gubernatorem, & Cardinalem adhuc vitâ fruentem, de ſummo militiæ Duce exercitui proponendo, conveniret: quem uterque ex ſuis habere volebat.

Mox, anno 1585. menſe Februario, milites aliquot confinibus Vallistelinæ appropinquare incipiunt. Inſidiis itaq; planè detectis; Rhæti undique ad Clavennam & Volturenam, ſub ſignis ſuis militaribus, convolant. Fœdus Griſæum, Gaudentium à Casâ novâ, fœderis Præſidem; Cathedrale, Joannem Pauerium, civitatis Curienſis Prętorem & Capitaneum; Decem-Jurisdictionum, Florium Sprecherum, Equitem auratum, Davoſianæ regionis Capitaneum, patrem meum; ſummos belli duces elegerant. Gubernator Mediolani ſe noſtris Legatis excuſat: Rinaldum Tectonum cum ſociis, alio etiam prætextu, cùm res minùs proſperè ceſſiſſet, proſcribit: diligens interim perquiſitio, judicibus à Rhætis ad hoc delegatis, de conſpiratione aut colluſione apud ſubditos ſuos, inſtituta fuit, & certi articuli, quos Clavennates vocant, ab exercitu, circa Reipub. adminiſtrationem, maximè Vallistelinæ, (ut, qui officium habuiſſet, eo in poſterum abſtineret) conditi.

Incepta à Tectono & ſociis perficere tentat, Anno 1591. Comes Scipio Gambera, Brixienſis, patria patruelis ob cædem exul; ſpe magnorum præmiorum, Gubernationis nempe ipſius Vallis adipiſcendæ, allectus. Hic in Volturenâ ſe continens, quotidianis literis ſolicitabat, & ſolicitabatur ab Sfondrato, & aliis Cardinalibus, & Romanæ Eccleſiæ devotis Inquiſitoribus; qualis erat ille à Monte Sancto. Tractatus,

mox

mox exſequutioni mandandus, miro modo Volturenę Officialibus, Joanni Plãtæ, Rhætii Domino, & Vallis Gubernatori; Herculi à Salicibus, Tirani Prętori, in cujus jurisdictione Comes degebat, quique proinde primus in cognoſcẽdis inſidiis fuit; & Antonio à Sonvig, ejusdem Vallis Vicario, & Maleficiorum judici, (omnib. tribus poſtmodùm, Anno 1603. auratæ militiæ Equitibus creatis) innoteſcit. Capitur primò Joannes Maria Lazaronus Tiranẽſis, cõſpirationis ſocius, & quo pro ſuo ſecretario utebatur, Comes: mox ipſe Comes cuſtodiæ datur: aſſcitisq; triũ Fœderum Pręſidibus, aliisq; ad hoc deputatis, morti adjudicantur. Comes ipſe, gratia factâ, menſe Auguſto Tirani decollatus; alter vero, in quatuor partes diſſectus fuit.

Anno 1603. ultima Januarii, Curiæ, Reformatio Status Reipubl. (qui, propter enormes præhenſationes, corruptiones & Practicas, admodùm corruptus erat; pręſertim in ambiendis Præfecturis apud ſubditos) anno priore cœpta, fuit continuata; Summa rei eſt: ut, quemadmodum antè ſancitum fuerat, omnis corruptela, in electione cujusq; officii, Legationis, aut quocunq; alio nomine dici poſſet, ſub graviſſimâ pœnâ, vitaretur: Ex officiis & Præfecturis apud ſubditos, æquâ diſtributione, cuiq; Communitati ex quolibet fœdere, legitima ſua portio, obtingeret; ſervatâ tamẽ, in Cathedrali, eâ diſtributione, prout inter eos jamdudùm conventum eſſet: Electio officialium non, ut antè, à Senatu trium Fœderum, in Comitiis publicis, quovis biennio celebratis, fieret; ſed ab ejus jurisdictionis hominibus & populo, cui ſecundùm diſtributionem inſtitutã competeret: ſelectis nempe quatuor ex jurisdictione aptioribus, qui provectioris eſſent æ-

tatis, annum nempe viceſimum quintum exceſſiſſent; inter quos ſorte deinde certaretur, ita ut, ſuper quem ea ceciderit, Officialis fiat. Qui ſemel officio functus fuerit apud ſubditos, in poſterum non ampliùs admittatur. Salarium quoque Officialium triplo auctum fuit. Comitia poſthàc (ut alibi etiam innuimus) ſingulis annis celebrentur: & Syndicatorum, qui ad ſubditos ſingulis bienniis antea mittebantur, vices ſubeant Legati trium Fœderum, in iisdemq; Comitiis: qui diligentem adminiſtrationis rationem ab Officialibus exigant. Et alia præterea; quæ hîc recenſere nimis longum foret. Ut autem hæc obſerventur: Cenſores eligantur, qui transgreſſores pro meritis caſtigent. Ad puniendos maximè exceſſus Officialium, (utì conſuetum eſt ſubindè, poſt leges latas, ad ſumptuum compenſationem) Judices trium Fœderum conveniant. Sic variam ibi cenſuram varii ſubiêre.

Eodem anno 1603. D. Petrus Henriquez Azevedo, Comes Fontium, pro Rege Hiſpaniæ Ducatus Mediolani Gubernator, & Capitaneus generalis in Italiâ, Rhæticæ noſtræ genti (quæ ſe aliis quidem fœdere, ſuo autem Regi hactenus jungere numquam voluit) infenſus, in ipſis confiniis Volturenæ, (neglectis pactis inter Franciſcum ſecundum, Mediolani Ducem, & Rhætos, anno 1531. initis, quibus cautum, ut Turris Oloniæ, cum Caſtro Muſſii, deſtruerentur; nec unquam in illis confiniis, in æternum aliud quicquam hoſtile erigeretur) loco eminenti, *Montecchio* proinde dicto, & quo Joannes Jacobus Medicæus, Volturenam infeſtans, commodè uſus fuerat, cùm prope Turrim Oloniæ ſit, (ubi etiam munimentum minus, *Forticellum* dictū, fabricari hoc tempore idem

Co-

Comes Fontium curavit, quo naves tranſeuntes ad conſignationem urgerentur) Caſtrum (propugnaculum ipſe vocabat,) Fuentes, nomine ſuo inſignitum, erexit. Diverſæ propterea Rhætorum & Helvetiorū ad eum legationes miſſæ, ut ab inſtituto deſiſteret, nunquam obtinere poterant. Rhætis ſe jugum impoſuiſſe, ipſe gloriatus eſt. Noſtri verò illud poſtea, ſepulturam Hiſpanorū, ob aëris intemperiem, quâ multitudo plurima præſidiariorum abſumpta eſſet, vocavere.

Anno ſequenti, omni commercio publico & commeatu Rhæticæ genti, cum Ducatu Mediolani, (utì anno 1544. poſt pugnam ad Ceriſolam apud Subalpinos, Marchio Vaſtii, Gubernator Mediolani, iratus, fecerat, quò Rhętos à Regis Galliæ amicitiâ avelleret: ſed cùm hęc parùm illi curarent, decretum mox ſuum revocavit) interdixit: Cum autem neq; hac via noſtros, ad acceptandas certas capitulationes, quæ tractabantur, pertrahere poſſet: etiam hoc interdictum, quod Ducatui Mediolani non parum incommodi afferebat, poſt ſex menſes iterum ſublatum fuit.

Anno verò 1607. cùm in confiniis Rhætorum miles undique ferè conſcriberetur, (motus enim magni inter ſummum Pontificem & Venetos erant) Rhæti noſtri, pro præſidio, ſex ſigna (mille & octingenti hi erant, ſelecti milites) in ſubditorū Volturenæ & Clavennæ tractum mittunt. Mox tamen militiæ nervus (pecuniā dico) deficit. Confœderatorum certæ quidem erant ſuppetiæ, ſed admodùm tardæ. Veneti interim, ex pacto fœderis, ſex cohortes Rhæticas, mille nimirum & octingentos milites, conſcribere volunt. Inde occaſionem nacti, qui Capitulationes certas, cum Statu Mediolani Rhætis ineundas, aliquamdiù

jam, ſed irrito conatu, tentaverant, populi concurſu excitato, extrema quæque moliuntur.

Primi ergo illorum ſunt homines, ex jurisdictione Bellofortenſi; qui nempe ab altero Caſtri Bellofortenſis latere, Vatium versùs, habitant. Hi, anno 1614. Davoſii, judicio ſuper eis, à fœdere Decem-Jurisdictionum, in quo ſunt, inſtituto; propterea quod, contra tenorem tabularum fœderis ipſorum, inſciis & renuentibus cæteris jurisdictionibus, Capitulationes Mediolanenſes iniiſſent; à fœderis communione ſuſpenſi fuère. Mox illos ſequuntur Coriovantii; ſtatim Scanavicenſes; inde Quatuor Pagici. Et ſic undiq; emiſſis nuntiis, neceſſariam patriæ defenſionem prætendentibus, contra adventantes Lotharingos, à Venetis conductos; (quorum tamen nullus hac de re ex patriâ ſe moverat) omnes Rhętiæ jurisdictiones, pręter Miſaucos, (qui, cùm in confiniis Inſubriæ eſſent, Legatos ſuos habebant) erectis ſignis militaribus, armatâque manu Curiam convenêre. Hi miris modis in Senatum quindecim virorum, quod Concilium ſecretum vocabatur, non multo antè, pro ſecuriori & ſecretiori Reipublicæ (quę ob Fontejum fortalitium, ſolicitatasq; Mediolanenſes Capitulationes, admodum turbabatur) adminiſtratione, & quidem conſentiẽte populo, ad tempus, inſtitutũ, fuit debacchatum. Hos quindecim, vox populi erat, Principibus confœderatis tranſitum itinerum, in certâ menſurâ, uti addebant, longitudinis & latitudinis, vendidiſſe.

Congregato Conſilio Curiæ: potioribus ſuffragiis, (multis tamen etiam fœdera in omnibus, rata volentibus) ſtatuunt: Principibus cõfœderatis ſe tranſitum nullum, per ſuas regiones, concedere velle, eò

quod

quòd in propoſitione articulorum fœderalium, non fuerit plena ejus rei coram populo facta mentio: & proinde hanc fœderum moderationem quandam vocabant: cujus monimentum, unà cum aliis non inutilibus conſtitutionibus, colorem & fucum negotio addentibus, publicis obſignatis literis, poſteritati commendaturi eſſent.

Georgius Belinus à Belloforti, Cæſareæ Majeſtatis &c. Conſiliarius, & Caſtri-Caſtrenſis Præfectus, tunc Curię reſidens, unà cum Capitaneo Caſparo Baſelgâ, apud Supraſaxenſes quondam Præfecto, & aliis nonnullis, cuſtodiæ dantur. Helvetii interim ſuos Legatos, ad ſedandos animos, & res amicè componendas, mittunt; ſed nihil efficiunt: imò furiâ agitati aliqui, contumelioſis verbis eos inceſſere non verecundantur. Judicium ſtatim (utì moris ſemper fuit) inſtituitur, & ſatellitio magno ſtipatur: cęteri domū redeunt.

Joannem Gulerum à Veineck, Equitem Auratum, & Præſidiariorum in Valletelinâ & Clavennâ Archiſtrategum, (quo juris fundamento, illosmet ignorare puto) cum bonorum publicatione, perpetuo proſcribunt. Sic & alios quàmplurimos Rhætiæ magnates, qui cum Gulero, populi furori cedentes, ad vicinos Helvetios ſe contulerant, tumultuoſiſſimo proceſſu, maximâ pecuniæ ſummâ condemnant, honoribusq; (ut ajebant) & dignitatibus privant.

Supererant adhuc (utì diximus) multi boni viri, quibus illa fœderibus derogans ſanctio, & inauditus hic procedendi modus, diſplicebat. horum animos erigebat adventus aliorum generoſorum, ex præſidio Vallisteiinæ & Clavennæ: qui illa tamen loca, honeſto præſidio, & vallis conſtructis, munita reliquerant.

Itaq;

Iraq; communicatis conſiliis, erectisq; iterum vexillis forti & intrepidâ manu Curiam repetunt: Literas illas Moderationis fœderũ & aliorum, in fruſta diſciſſas, abolent: Conſtitutiones alias honeſtas, & fœderum confirmatorias, erigunt.

Georgius Belinus à Belloforti, & Caſpar Baſelga, adhuc cuſtoditi, gravi torturæ examini & quæſtioni ſubjiciuntur: mox etiã præcipuè ob pecunias & munera à Miniſtris Hiſpaniæ Regis accepta, morti, per capitis obtruncationem, adjudicantur. Tumultuaria admodùm erat exſecutio: quam tamen illi intrepidè & piè adière.

Alius etiam judicii locus, Oppidum Ilantium nominatur. Otioſi interim Curiæ, præter morem, erant judices veteres, cum ſuo ſatellitio. Quid igitur fit? Davoſii jam menſe Julio celebrabantur ordinaria Comitia, Rationibus ab Officialibus exigendis, & ſubditorum appellationibus & gravaminibus audiendis, deſtinata. Mittunt ergo illi, ex ſatellitibus ſuis, circiter quadraginta: qui (ut aliquid, quod agerent, haberent) Franciſcum Paravicinum Volturenum captivum faciunt. Davoſiani verò, cùm judicii locus, pluribus Cõmunitatum ſuffragiis, denuò, in his ipſis Comitiis, Ilantii nominatus eſſet, & Curię congregatis poteſtas ulteriùs procedendi ſublata; Helvetios etiã, ut amicabiles compoſitores, (ſalvis ſemper privilegiis & jurib. patriæ libertatis) audire vellent: eundem captivum eis, & arma, dum ſecuri in hoſpitio comeſſantur, duce Joanne Sprechero, fratre meo, Vicariatus munere apud Volturenos modò functo, viro intrepido, eripiunt; ipſumq;, donec ulteriùs in Cõmunitatibus deliberaretur, cuſtodiunt: vicinis jurisdictionibus, ipſi, & ju-

& judicio Curiæ, facti ſui cauſam amico ſcripto indicant. Vacua autem, totaq; irata hæc turba, Curiam diverſis itineribus, ubiq; populum, dira quæque contra Davoſianos ei omnes, comminando, redit: mox ulturi, ut ajebant, injuriam. Judices cum cuſtodibus ſuis, aſſcitis etiam multis ex civibus Curienſibus, Quatuor Pagicis, & toto Decem-Juriſdictionũ fœdere, (præterquam ex dominio Majævillano; unde quadraginta tantum, deferveſcente jam tumultu, bono & ſedato animo adventabant) Davoſium, ſub noctem, armatâ manu veniunt. Davoſiani, claſſico & ſigno per totam ſuam juriſdictionem dato, ſubito exciti, in curiâ ſua, loco pro more regionis amplo, & ad reſiſtẽdum apto, trabibus & ſaxis undiq; comportatis, quo valent modo, ſe communiunt: turri etiam templi, & aliis contiguis curiæ ædibus, ſcloppetarios aliquot imponunt.

Poſtero die à prandio (cùm animi vino magis incaluiſſent) conſilium ineunt: mox ad curiam veniunt, & literas Curiæ ultimò conceptas, Confirmatorias nempe fœderum, quarum exemplar, quod erat fœderis Decem-Juriſdictionum, penes alias ſcripturas Davoſii, de cõſuetudine & jure, aſſervabatur, una cum aliis rebus, & privilegiis, quorum cuſtodia ad illos minimè ſpectabat, ingenti excito clamore, & minis, expetunt. Davoſiani literas illas ex curiâ, per Cancellarium ſuum, eis prælegere conſentiunt. Vix jam lectio cœpta erat: cum totis viribus, & ſummo armorum impetu, fores curiæ infringere tentant. Davoſiani intrepidè vim repellere parant. Singulari autem dexteritate & fortitudine, Capitanei Florii Sprecheri, Equitis aurati, Davoſianorum tunc Præſidis, parentis mei colendi, atq; etiam D. Prçſidis, Salomonis Buolii,

(quos illi omnes, etſi exacerbatiſſimis animis eſſent, propter canitiem & ſinceritatem, venerabantur) res aliquantulum ſedata fuit, & ab armis diſceſſum. Re infectâ ergo (Davoſiani enim ipſi captivum Curiam deduxerunt) domum illi remeant.

Mox in plerisq; locis, alii jus-dicentes à Communitatibus, loco priorum, eliguntur: armata & ſæviens cuſtodum cohors tollitur. Iſti ergo, Ilantii congregati, & potiore populi voto, Curiæ per tumultum condemnatos, & abſentes a patriis laribus, in integrum reſtituunt; ac de novo, libero acceſſu omnibus per fidem publicam dato, audiunt. Tum Gulerus, cum aliis præclaris viris, qui populi furori priùs ceſſerant, priſtinis honoribus ac dignitatibus ſunt reſtituti: quos nihiloſeciùs, ad ingentes expenſas diſſolvendas, non exiguam pecuniæ ſummam contribuere oportuit.

Alii, (ſive Communitates, ſive privati eſſent) qui, contra potiora trium Fœderum vota, Capitulationes Mediolanenſes inierant, haud parvo expenſarum diſcrimine mulctati fuêre: aliqui in exilium acti: aliqui honoribus & dignitatibus privati; quibus tamen ſucceſſu temporis, venia & indulgentia data eſt. Atq; ita ſeditio, cum præterlabente anno, detumeſcit.

Hiſtoriam hanc Rhæticam, ſeptem annorum proximorum, ſequentibus verſiculis comprehenſam, apponere libet:

1602.3.4. *Fœderi junguntur: conſurgunt mœnia: fruſtrà*
5.6. *Tentatur cum Fonte reconciliatio. miles*
1607. *Præſidio Valli datur. Expetiêre cohortes*
Menſ. Feb. *Rhæteas Veneti. Hinc Hiſpanica factio ſigna*
& Martio. *Excitat; & coëunt furioſâ mente coloni.*
Aprili. *Belinus capitur: franguntur fœdera. vexat*

hinc

Hinc cenſura patres. Fugêre maliq́; boniq́;.
Ruſtica turba redit. tunc vires fracta reſumunt Junio.
Fœdera. cum ſocio medius cadit enſe Belinus. Julio.
Rhætia tota fremit: Magnatibus ultima quæq;
Intentat vulgus. Mutatur mox locus & mens:
Jusq́; datum eſt alibi. Redeuntq́; boniq́; maliq́;: Septemb.
Mulctanturq́; ſimul, magno haud diſcrimine, cuncti.
Plebs luit impenſas, pretiumq́; ob ſtulta reportat
Facta ſuum. Inficiare, malum hoc generale fuiſſe?

Numerale Diſtichon.

ConVrgVnt VeXILLa, trVCe & CaDIt enſe BeLInVs:
DIffVgIVnt proCeres: rhætIa tota fVrIt.

Aliud.

rVſtICa tVrba fVrIt: Magnates rhætIa pellit:
eXpoſVItqVe enſI tVnC CoLLa BeLInVs aVaro.

Anno

DeMentIa rVſtICa.

Anno 1612. in Comitiis publicis Curiæ habitis, Ordo Jeſuitarum, qui in partibus Volturenæ & Clavennę nidum figere volebant, (uti jam ante, anno 1561. conſtitutum, & anno 1600. reiteratum fuerat) in perpetuum proſcriptus eſt, citra ullam libertatis religionis Catholicæ, cum Miſſæ exercitio, derogationem: tantùm ne ſtatus politicus turbaretur. Et mihi quidem, tunc optionis munere apud ſubditos Tranſalpinos fungenti, unà cum Officialibus Rhætis ibidem, provincia exſecutionis data fuit.

PALLADIS RHÆTICÆ
LIBER SEPTIMUS.

CUM Pontificatum Martinus Quintus, Imperium Romanum Sigiſmundus Auguſtus, & Epiſcopatum Curienſem Joannes Abundius Naſo, regerent: fœdus Griſæum initium ſuum ſumpſit. In regione ejusdem Fœderis, rerum tunc potiebantur, Petrus Pultingerus, Abbas Diſertinenſis; Joannes Henricus & Uldericus Bruni, Barones à Rhætio; Joannes à Sacco, natus Comes Miſauci; Hugo, Rudolphus, & Henricus, Comites à Verdenberg.

Status plebis ſubjectiſſimæ calamitoſus & miſerandus erat. Domini pleriq; juvenes, venationibus, aucupiis, & aliis libidinoſis exercitiis dediti erant. Præfecti, & Conſiliarii non niſi deglubendo gregi ſtudebant, ſi quas ædes, prata, armenta, aut alia ruſtici haberent, quæ Præfectis placerent, injuria aut vi eis eripiebantur: &, quod atrociſſimum erat, uxores in conſpectu maritorum, filiæ in præſentia parentum funibus alligatorum, violabantur: eſum cum felibus & gallinis ſumere cogebantur. Hæc lamentabilia ſi ad Dynaſtas deferrentur: ipſi [illegible] in eodem luto hærebant; alii ſurda alioquin aure præteribant. Petulantia autem Præfectorum Henrici Comitis Verdenbergici cæteros anteibat. Nec ſolum ſe intra cancellos ſuæ juriſdictionis quiſq; continebat: ſed etiam

præ-

prædam ex alterius juriſdictione abigebat. Sic etiam ab Epiſcopatus Curienſis hominibus multa iniqua perpetrabantur: ut ne quidem ab uno ad alium locum, ob raptores, tutus acceſſus eſſet. Nullus enim facilè, qui jus proinde diceret aut adminiſtraret, inveniebatur.

Provectiores itaq; aliqui ex Communitatibus, memores adhuc antiquæ libertatis, & exemplo vicinorum Helvetiorum erecti, aliquoties nocturno tempore, (ſummoperè enim actus eorum obſervabantur à tyrannis; quorum animus nunquam eſt tranquillus) in ſylvâ, infra pagum Tronum cõveniebant, conſilium captantes, de ſecuriore ſtatu adipiſcendo, tyrannicoque impetu & violentiâ per legitimos modos refrænandis. Unanimis itaq; votis deliberant (ut qui non ſolum Magiſtratui, quantúmvis improbo, obediendum; ſed eundem quoque officii admonendum eſſe, ex divinis oraculis accepiſſent) Dynaſtas ipſos quemq; in ſuâ juriſdictione, per Deputatos, ætate & canitie, griſeoq; amictu, venerandos, iterum interpellare. Illi, officio diligenter functi, injurias ac vim Præfectorum minutim enarrare; ſimul etiã, quæ à vicinis nonnullis prædatoribus paterentur, adjungere: obnixè à Dominis petentes, ut his calamitatibus & oppreſſionibus tyrannicis, unione initâ, provideant; judices, certamq; juris & juſtitiæ adminiſtrandæ formam conſtituant, paratum [illegible] animum ſuum, ad mutuum auxilium, [illegible].

Abbas itaq; Diſertinenſis, vir pietate, doctrinâ & probitate conſpicuus, & ibidem ex bonâ familiâ natus, (quæ etiam antehac vim & injuſtitiam paſſa erat) libens annuit; negotium promovet, ac juvenibus Ba-

ronibus Rhætii, ſibi à tumultu timentibus, perſuadet. His interea cum Epiſcopatu Curienſi varia diſſidia fuerant, ut etiam ad apertum bellum (uti libro tertio diximus) res devenerit: quæ nec dum ſopita erat.

Joannes, Miſauci Comes, etſi Philippo Mariæ, Mediolani Duci reconciliatus videretur, eumq; in fœdere exciperet: tamen nec ab eo, nec ab Helvetiis, quibus Biltionam vẽdiderat, firmam ſibi amicitiam promittere poterat: Epiſcopo Curienſi autem, & Henrico Verdenbergico, infenſiſſimus erat. Subditi inſuper à Caſtellanis preſſi, conſtantiſſimè inſtabant. Miſaucinam autem Vallem ille ſibi reſervabat, horum ope refrænandam: quæ poſteà anno 1496. ſub Joanne Jacobo Trivultio, in fœdus etiam recepta fuit.

Hugoni Comiti Verdenbergenſi, cum agnato Henrico, non uſque benè conveniebat, proinde & ipſe, licèt invitus, votis ſubditorum annuit. Henricus autem, Comes Verdenbergæ, nihil niſi vindictam & minas ſpirans, & ab Epiſcopo Curienſi, aliisque libertatis avitæ inimicis, inſtigatus, fœdus & omnem animorum conjunctionem reſpuit; imo durius adhuc ſubditos tractat.

Medio itaque menſe Martio, Anno 1424. Truni, ſub arbore Tiliâ, ubi ſacellum Sanctę Annæ eſt, in nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, fœdus perpetuum, decennio quoque renovandum, ſancitum, ac decem articulis comprehenſum eſt. quorum præcipui ſunt: Ut mutuus & individuus amor, auxilium, liberumque commercium vigeat; itinera à prædatoribus tuta reddantur; uniuſcujusque jurium & privilegio-

legiorum publica, privataque defenſio incatur; nemo, niſi communi conſilio, in fœdus recipiatur; æqua manubiarum, juſto bello acquiſitarum, diviſio fiat; formaq; juris, in controverſiis decidendis, certa præſcribatur. Locus Congregationum ordinariarum fœderis, Tronum ſtatuitur.

Fœdus hoc ingreſſi ſunt; prædictus Petrus Pultingerus, Abbas Diſertinenſis, cum Diſertinenſi & Vortienſi juriſdictione; Joannes Henricus & Uldericus Brunii, fratres, Domini à Rhætio, cum ſuis jurisdictionibus, Rhætienſi, Superſaxenſi, Stuſſaviâ & Tennâ, Comes Joannes à Sacco, natus è Miſauco, & ejus jurisdictiones, Ilantium nempe oppidum, & Fovea tota, Vallis Leguntina, Vallis Sancti Petri, & Flemium; Hugo Comes à Verdenberg, & ejus jurisdictiones, Trimontium altum, cum Taminio, Leuuenberg, & Schlevenio; Liberi de Laaxio, qui ſub Rodolpho, Joannis filio, Comite à Verdenberg, erant; ex Henrici Verdenbergici Comitis jurisdictionibus, domino non conſentiente, Miniſtralis & Communitas in Valle Rheni, Sexamnio, Thuſcienſi, Montanâ & Cepinenſi jurisdictione; omnes pro ſe-ipſis, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis.

Abbas reſervavit in fœdere, Uranios, Suitios, & Subſylvanos Helvetios: Domini à Rhætio, & Joannes Miſauci Comes, Dominum Mediolani, & quæ ſuum honorem & juramenta concernerent, ante hoc fœdus præſtita.

Henricus Verdenbergicus interim, auxilio Epiſcopi Curienſis & aliorum, à Pontifice Romano, & Imperatore Sigiſmundo, excommunicationem, ac proſcriptionem contra ſubditos ſuos, tanquam rebelles

belles obtinet: quæ duo fulmina, eâdem die, populo denunciantur & intimantur, ſed cum neq; ſic eos deterrere atq; ab inita unione ſegregare poſſet, illi q; caſtra ac loca ſua, ab ipſius Caſtellanis derelicta, communirent, cum adjuncto ſibi Henrico Barone à Rhætio, (nam Barones etiam fœderis initi, quo ceu fræno aliquo cohibiti, pro libitu graſſari in ſubditos non poſſent, pœnituerat) de opprimendo populo conjurat; nomine conjurationi huic, Nigra liga, (teſſeras enim nigri coloris habebant) indito.

Anno itaq; 1450. Comes Henricus Sexamnienſes opprimere ſtatuit; apud quos munitiſſimum caſtrum Berenburg erat: miſſo, ex Comitatu Sarunetum, Joanne à Rechberg, duce ſuo, cum inſtructiſſimis copiis, per montem Gongelium. Hæ nocturno tempore, per Tamminium & Rhætienſem, Montanamq; juriſdictionem ſummo ſilentio, tranſeunt. Baro Rhætii Henricus, omnium conſcius, ſubditis ſuis dicit, ut ne ſi quid ſtrepitus audirent, proinde moverentur: ſe enim, cum aliquibus Nobilibus, venationi indulgere velle. Cum ſic jam in Sexamnienſem tractum veniſſent: vias ubiq;, in ſtrictiſſimis oſtiis, Viamalæ, & alibi, obſident; ne quis auxilio Sexamnienſibus eſſe poſſet. inde ſe ad caſtrum Berenburg conferunt; inſidiisque ſtructis illud occupare tentant. ſed in actu ipſo produntur, & ſtatim ad arma undique conclamatur.

Sexamnienſes Confœderatis, celerrimo curſu, per Stuſſaviam, ubi iter apertum erat, nuncium mittunt: hi, per eandem viam, cæteris omnibus præcluſis, intrepida manu adſunt; & conjunctis viribus, Rechenbergicum exercitum trepidantem cædunt, & fugant:

e quo

è quo multi versùs Vallem-Rheni ſalutem quærunt; ibique ab incolis trucidantur. Berenburgum itaque illi & itinera liberant, & ſtatim rectà viâ Rhętium tendunt: Henricum doli conſcium ex improviſo capiunt; & Valendaunum deducunt: jamque communi judicio, uti fœdifragum & proditorem, capitis damnant. Carnificem, ab eo veniam petentem, viciſſim captivus (cùm prępinguis eſſet) orat, ut uno ictu ſibi caput amputet. Ille agilitatem ſuam oſtentans, gladio ſemiſtricto capillum, lenioris halitu, in illum impellit & diſſecat: Baro totus horrens & oſcitans, à ſervo ſuo ſalutare conſilium accipit: ut nempe militibus, in mortis ſolatium, prandium parari jubeat, Cerere & Baccho maximè dicatum: ad quod ſtatim exſecutioni mandatur. Exhilaratus jam militum animus erat: cùm interim ille familiaris, de menſà in menſam, illos benignis verbis interpellat; & culpam Baronis juvenili furore agitati, quâ ratione poteſt, excuſat; ac pro illius redemptione ſollicitat. Animi leonum, naturam agnorum (quam multis vinum tribuit) induunt: & vocibus elatis vitam Baroni condonant; qui coram eis ſemimortuus adductus, & in genua prolapſus, ſupplices gratias agit: fœdamq; illam & atram conjurationem abnegat ac deteſtatur.

Henricus Verdenbergicus, ſpe omni ex ſiniſtro eventu fruſtratus, fatis mox cedit. Hujus ergo filius Georgius, poſtmodum jura ſua, in Thuſcienſi, Montanâ, Cepinenſi, Sexamnienſi, & Vatienſi ſuperiore jurisdictione, Epiſcopo Curienſi, vendit: Vallē-Rhenanam & Stuſſaviam (hanc a Dominis Rhætii acquiſiverat) Joanni Jacobo Trivultio cedit: ipſe tantummodo Ortenſteinum retinet.

Correcto ità per fœdus Reipublicæ ſtatu; juris publici adminiſtrandi forma certa, communi conſenſu ſancitur, & articulis quibusdam comprehenditur. Inde nomen, Literæ Articulorum (*Articulbrief*). Caput & Præſes fœderis, quem judicem Provincialem (*Landtrichter*) vocant, eligitur. Hujus autem electio hodierno tempore ita fit. In feſto Georgii, Oratores totius fœderis, triginta nempe duo (computato etiam Abbate Diſertino, Domino Rhætii, & electo, quem illi Caput vocant, quiq; nomine Communitatum, Comitibus de Miſauco initi fœderis tempore parentium, comparet) Troni congregantur: judice Provinciali ſuperioris anni his adjuncto. Primo anno Abbas Diſertinenſis, ex jurisdictione Diſertinenſi, tres plerumq;, raro plures, nominat. Altero anno, Dominus Rhætii, ex jurisdictionibus, Rhætienſi, Vorzenſi, & Supraſaxienſi, totidem eodem modo nominat. Tertio vero, jurisdictiones ipſæ, Leguntina, Fovenſis, & Flemiana, certo inter ſe ordine, ut Flemiani quintam partem; cæteræ duæ æqualem portionem habeant, Unum eligunt, qui loco Comitum à Miſauco, (quibus Epiſcopatus Curienſis ſucceſſerat: à quo tamen illæ pecunia ſe redemere) ut prædicti ſuis annis fecerant, ex dictis jurisdictionibus aliquem nominet. Et hi ſunt tres antiqui Dominatus, ex quorum jurisdictionibus judices Provinciales eſſe oportet. His ita ſuo loco & ordine propoſitis, ſuffragia Oratorum à judice Provinciali ſuperioris anni, colliguntur, & potioribus agitur. Quod ſi quis ex Oratoribus congregatis nominetur, ſuffragari prohibetur. Potiorus autem ex æqualibus, Præſes concludit. Magiſtratus Præſidis annuus eſt. Ab eiſdem Legatis, deinde

Can-

Cancellarius, & Apparitor fœderis eligi ſolent; appellationesque totius fœderis audiuntur; ac controverſiæ dirimuntur.

Fœderis totius Conventus magni octo ſunt: Juriſdictiones autem minores viginti duæ; tot enim Miniſtrales numerantur. Ordinem in Comitiis publicis trium fœderum, quoad præminentiam, hunc ſervant: Diſertinum, Vallis Leguntina, Fovea, Flemium, Vurtium, Rhætium, Superſaxum fœderis Griſæi, Laaxium, Vallis-Rheni, Sexamnium, Thuſcia, Montana, Sclevenium, altum Trinum ſeu Trimontium, Taminium, Vallis Sancti Petri, Stuſſavia, Cepina, Tenna, Miſaucum, Rogoretum, & Calanca.

Nos jam, ſitus ratione, ſingulas breviſſime deſcribemus.

Diſertinum, à Cœnobio ibidem, in deſerto loco fundatum, nomen adeptum eſt: de cujus principio & fundatione hæc accepimus.

Temporibus Dagoberti, Francorum Regis, Columbanus, vir pientiſſimus, natione (ut creditur) Hybernus, Chriſtianæ fidei propagandæ, Hyberniam cum multis diſcipulis reliquit; & in Burgundia, poſtquam diu in Gallia commoratus fuiſſet, monaſterium Luxovium fundavit. Relicto ibidem Euſtaſio diſcipulo pro Abbate, in Helvetiam venit: ubi Sanctum Gallum diſcipulum quoque reliquit. Poſtea, per Rhætium, in Italiam profectus, & ab Agilulpho Longobardorum Rege adjutus, Cœnobium Bobii fundavit. In Lepontiis autem, apud Urſellanos, Anno 614. reliquit diſcipulum Sigisbertum, ſolitariæ vitæ deditum. Ab Urſellanis ſuperato monte Criſpaltâ, ad Aeruatios venit: ibique in loco ſylveſtri, & maxime tunc

tunc opaco, proinde Diſertina dicto, cellulam ſibi quoquo modo parat. Mox à populo circumvicino, ob vitæ ſanctimoniam viſitatur; & ſectatores atq; diſcipulos alios nactus; inter quos conſpicuus erat Placidus, vir in regionibus clara familia natus, vir fortis, & vitiorum acerrimus reprehenſor.

Erat Rhætiæ tunc Præſes, Victor Comes, homo tyrannicus, injuſtitiæ, libidini, omniq; vitiorum generi deditus. hunc Placidus, tanquam alter Baptiſta Herodem, ad pœnitentiam vocabat. mortem itaq; ei minatur tyrannus. cujus iram ut effugeret Placidus iter ad Sanctum Sigisbertum Præceptorem parat: ſed à ſatellitibus Victoris captus, decollatur. Caput, (uti Sanctus Gaudentius Caſatii in Prægallia) velo mulieris ſibi obviam factæ involutum, ad Sigisbertum, truncus ipſe, (ut antiquitates Monaſterii tradunt) defert, ibiq; humatur: ubi templum in ejus honorem erectum, & a multis Imperatoribus ac Principibus, etiam Tellone Epiſcopo Curienſi, prædicti Victoris tyranni filio, (quum Victor, poſt facinus in Placidum perpetratum, de Ponte in Rhenum decidens, miſerè juſto Dei judicio, periiſſet) ditatum fuit.

Abbatia eſt Ordinis Sancti Benedicti: cujus primus Abbas Sanctus Sigisbertus, ejus fundator, numeratur. Reliquorum catalogum, prout habere potuimus, (multa enim monumenta hujus Cœnobii, igne abſumpta periere) hîc adſcribemus. Adelgundus ſeu Adelgottus. Uldaricus, anno 1048. Vvernerus, 1140. Hugo, 1180. Albertus, 1207. Rudolphus à Ryſchenſtein, 1283. Doricus Baro ab Attinghauſen, 1304. Jacobus à Buchorn, 1314. Conradus Vilhelmus, 1321. Marquardus à Sax, Joannes, 1371. Conradus,

radus, 1393. Petrus à Pultingâ, 1404. Nicolaus à Marmore, 1456. Joannes à Schneck, 1472. Joannes Brugger, 1497. Andreas de Falera, 1510. Martinus Vinckler, 1526. Joſias Kreien de Raſcirio, 1535. Leonhardus Fierer, 1536. Paulus Nicolaus, 1551. Chriſtianus à Caſtelberg, 1567. Nicolaus Dironus de Trono, 1584. Jacobus Bundus de ſummo Vico, 1593. Sebaſtianus à Caſtelberg, de Diſertino, 1614.

Inter alia vetera privilegia hujus Cœnobii legitur Inſtrumentũ: in quo, Anno 940. Otho primus Imperator, donavit monaſterio Diſertinenſi in Actuatiis, Villam Pfaffingove, in Ducatu Allemanniæ, & in Comitatu Hattonis Comitis, cum decimis & juribus omnibus ad illam pertinentibus: item Curtem Amedes, in provincia Rhætiæ Curienſis, in Comitatu Adelberti Comitis, cum ſuis juribus & pertinentiis.

Abbas privilegia ſua, in electione Judicis Provincialis, uti diximus, atque etiam in juriſdictionibus Diſertinenſi & Vortzenſi, ut audiemus, retinet: præterea jus cudendæ monetæ habet. Apud vicinos Urſellanos certis juribus & immunitatibus utitur. Miniſtralis ibidem electus, Abbatem accedere, ab eo officii exercendi jus recipere, & in ſignum ejuſdem, Abbati chirothecas albas offerre, tenetur.

Urſellani, anno 1410. perpetuo juris municipalis vinculo, cum Uraniis ſe conjunxere, cœnobio Diſertinenſi jura ſua reſervantes.

Juriſdictio in quatuor (ut vocant) Curtes dividi ſolet:

1. Diſertinum: ubi Cœnobium, quò vicelli hi ſpectant: Sanctus Joannes, Segnium, Saxum, Bedletum:

ubi caſtrum ejusdem nominis, & in proximo eodem tractu Caſtrum Rigiſium, fuit.

2. Vallis Actuatia: ab Actuatiis populis, hujus regionis antiquiſſimis incolis, (quorum Strabo lib. 4. meminit; & qui poſtea corrupte Tuveraſci dicti ſunt) nomen habet. Fuit ibi Caſtrum Pultmenga, S. Viciniæ, Sylva, Sanctus Jacobus, S. Vigilius, Cumanilliũ, & Cimuntium, (*ſummum montis*) ubi Rheni anterioris, nobiliſſimi fluminis, in monte Criſpalta, origo eſt, prope ſummas alpes, ſive montem Gotthardum & Urſeriam: quam ab altero latere Bicornus, ſeu Furca mons claudit, aſſurgente in medio ſupra omnes Gotthardo. Ex Bicorno Rhodanus oritur & ex Grimſelio, Bicorni parte, Arula, quæ mediam Helvetiam ſecat. Et ſane inter trium horum clariſſimorum fluminum fontes, vix 20000. paſſuum intervallum eſt. Inter Arulam Rhenumq; ex capite Gotthardi, Ruſiæ ſcaturigo eſt: & ex oppoſito, Italiam verſus, Ticini. Atq; ita hæc quinq; flumina, pentagoni in modũ, ad diverſas Mundi plagas diffundũtur. In Valle Actuatia, multa cryſtalla effodiuntur: & ibidẽ in ſylva, Seila vocata, ſigna ſalis in lapidibus apparẽt, qui facile excoquitur.

3. Brigelia parœcia, cum Darpaguiſo, Daniſio, & Vallis Medela. Huc ſpectant viculi: Curallia & Plana. Trita hic via eſt, per Lucumonem montem, (Hic nomen accepit à Lucumone Thuſco, qui cum Rhæto in hęc advenit loca) ſive Sancti Barnabę, ut hodie vocãt, in proximam Vallem Pleniam, ſeu Breunium. Ex eodẽ monte, qui Adulę membrum eſt, Rheno tertium fontem, quem medium vocant, aliqui aſſignant: qui ſe, prope pontem Diſertinum, cum anteriori jungit.

4. Tronum locus ob congregationes fœderis celebris.

lebris. Ibi propè Caſtrorum Creſtatiæ & Fryberg rudera cernuntur. Illi annumerantur hi pagi: Summus vicus, (ubi caſtrum Altum-Balconum fuit) Cingiacum (*Rinckenberg*) (ubi caſtrum ejuſdem nominis & aliud, Boſſellum dictum, ſtetit: eodem loco fodinæ etiam argenti & cupri feraces ſunt) Compallium, Tironum, & Daruella.

Senatus major, Diſertini ex 40. viris, & inſuper Miniſtrali conſtat. hi etiam cum conventualibus, ad electionem Abbatis concurrunt: & Criminales cauſas adminiſtrant. In civilibus & matrimonialibus, quindecim ex his jus dicunt: in matrimonialibus tamen, (uti per totam Rhætiam) ſuos Eccleſiaſticos conſulere ſolent. Dimidia mulctarum pars Abbati cedit: altera Communitati, per jus ab Hugone Comite à Verdenberg acquiſitum; qui emptionis contractus, à Ruperto Romanorum Imperatore, Heidelbergæ, Anno 1408 approbatus & confirmatus fuit: detractis ſemper prius expenſis judiciariis.

Secundum conventum magnum, ratione ſitus, Vurtium, Supraſaxum, & Laaxium, conſtituunt.

Vurtium (*Waltenſpurg*) ad ſiniſtram Rheni ripam poſitum eſt. Quatuor ejus præcipuæ Viciniæ. 1. Vurtium ipſum, ubi propè in parvo circuitu caſtra fuere, Mons Sancti Georgii, Vogelsberg, Gruenfels, & Cropfenſtein. Supra Vurtium, in ſtatione alpeſtri, Balneũ frigidum eſt: cujus aquæ tanta frigiditas, ut nemo per ſexageſimã horæ partem, in eo manere, multi ne quidem ingredi poſſint: lippientibus & ſurdis maximè conducere dicitur. Via ibi trita, per montem, ad vicinos Glaronenſes eſt. 2. Ruecum cum Pingiano. 3. Andeſtum. 4. Septum, ubi arcis Fridberg veſtigia

gia cernuntur; & Schlans, ubi arx ejusdem nominis fuit.

Abbas Diſertinenſis, præminentias, ex commutatione cum Baronibus Rhætii, quibus jura ſua in Pago Amedes ceſſit, adeptus eſt. In electione Miniſtralis, Abbas quatuor ex conſilio proponit, ex quibus populus unum ſeligit. Criminalia à 25. (quatuor enim adjunctos à proximis Diſertinenſibus habent) administrantur.

Civilium & Matrimonialium judicium, tredecim exercent. Mulctæ detractis expenſis, Abbati cedunt: expenſas, ſi bona perſonæ, contra quam criminaliter proceditur, deficiant, ipſe Abbas ſolvere tenetur. (ut in Rhætiis, ubi Dominus aliquis præminentias habet, recepti juris eſt.) Quæ feſtalia, incidua & paſcua, aliaq; hujusmodi concernunt, à Communitate (ut in aliis locis) imponuntur & exiguntur. Certas etiam conditiones & pacta, anno 1479. Joannes Abbas cum Communitate iniit, quæ utrinque obſervantur.

Superſaxum, (*Uberſax*) in montis frigidiore tractu jacet: ædes etiam hinc inde diſſitæ. Quatuor Vicinias habet, à ratione ſitus templi nominatas: 1. Exterior: ubi caſtrum Moreck dirutum. 2. Interior; ubi exciſæ arces, Saxenſtein, & Heidenberg. 3. Superior, ſeu Montana: & 4. Majoris-villa ſeu Inferior. Hic caſtri Schuarzenſtein rudera cernuntur.

Rhætii Dominus, ex tribus à populo propoſitis, unum Miniſtralem nominat. In Civilibus & Matrimonialibus, ultra Præſidem, quatuordecim judicant. In Criminalibus, ad hos ex Rhætienſi juriſdictione, duos adjunctos ſumunt. Mulctæ, detractis expenſis, Domini Rhætienſis ſunt.

Sequun-

Sequuntur illæ juriſdictiones, quæ tempore initi fœderis, ſub Joanne à Sacco, Miſauci Comite, fuêre: nempe Vallis Leguntina, Ilantium, cum Foveâ, & Flemium. Hæ primitus ſub Baronum à Bellomonte dominio vixêre. Inde hæreditario jure ad Miſaucos ſunt devolutæ. ex his, Joannes Petrus, Henrico ab Heuuen, Epiſcopo Curienſi, affini ſuo, jura ſua pro 4000. florenis vendidit. Ab Epiſcopatu autem illæ ſe, anno 1538. perſolutis 1800. florenis, redemêre.

Vallis Leguntina, ad dextram Rheni partem ſita eſt. Conventum magnum, cum Valle Sancti Petri conſtituit. Octo Vicinias habet, in inferiori Vallis parte incipientes: ubi ex monte, Adularum alpium membro, amnis Glennerus prorumpit, qui ſe prope Ilantium oppidum Rheno miſcet. 1. Primum cum Curtibus. 2. Lombarenum: ubi arx munita fuit. 3. Tientium, & Supracaſtrum, ubi ejuſdem etiam nominis arx fuit. 4. Villa; locus principalis Vallis. 5. Igels; ubi Blumenthall, & non procul inde Solœrum, caſtra fuêre: cum Rumeino & Ferix. 6. Mauriſſenum, cum Marciaga. 7. Cumbelum, Baidenum, (ubi pro febricitantibus admodum ſalubria balnea ſunt) & Camontium. 8. Terſnaus, Fuortum, & Duuinum. In principio Vallis, arx Caſtelberg ſtetit.

Politiæ hæc forma eſt:

In Matrimonialibus & Civilibus, Miniſtralis & octodecim aſſeſſores ſunt. In Criminalibus, ad hos, ſeptem aliis ex eadem Valle aſſumptis, duos item ex Valle Sancti Petri, tres e juriſdictione in Foveâ, & totidem à Flemianis, adjunctos habent.

Vallis Sancti Petri (*Vals*) quatuor Vicinias habet: 1. Ad Eccleſiam: ubi balneæ celebres ſunt, febri ma-

ximè medentes. 2. Campus. 3. Falè. 4. Leiſer. Civilia Miniſtralis, cum duodecim aſſeſſoribus, dirimit. In Matrimonialibus, ad hos, duos adjunctos aſſumũt è Leguntinis. Criminalia, in Valle Leguntinâ, dirimuntur.

Jurisdictio, ſeu Conventus magnus, Fovea eſt, (propter rotundam & cavam illius loci planitiem ita vocata) cum Schleuuenio & Tennâ. Fovea Vicinias octo cum dimidia habet. 1. Eſt Ilantium, inter oppida ſupremum, ad Rhenũ ſitum, ubi comitia publica trium fœderum, ſuo ordine, celebrari ſolent. Frequentes etiam fœderis Griſæi, uti & jurisdictionis Foveanæ, conventus omnes ibi habentur. Anno 1484. miſerum in modum, & irreparabili rerum jactura, conflagravit: à quo tempore, portæ & mœnia collapſa, in cineribus jacent. Habẽt Ilantiani in levioribus quibusdam rebus ſuum tribunal (*Burgergricht*) cæterum, cum reliquis Viciniis jurisdictionis, res publicas adminiſtrant. Ad oppidum pertinent, Flondum, & Streda. Caſtra in circuitu proximo fuere, Leuuenſtein, Grueneck, & Bruneck. 2. Valendaunum, ubi caſtrum ejusdem nominis fuit: cui certæ annumerantur Curtes. 3. Caſtriſium: ubi caſtrum hujus nominis, & aliud Engelberg dictum fuere. 4. Segannum: ubi caſtri Schydberg ruinæ cernuntur. 5. Falera. 6. Ruſcheinum: ubi caſtrum Fronſperg erat: ex quo nobiliſſimi milites à Fronſperg originem ducunt. 7. Ladirum & Schnaus. 8. Rigeinum, (ubi arx Mour[illegible] in ruinis jacet) Luvium & Pitaſium. ibi prope, arx [illegible] fuit.

Matrimoniales & Civiles cauſæ, à Miniſtrale & octodecim Aſſeſſoribus adminiſtrantur. In Crimi-

nali-

nalibus, ad dictum numerum, tres ex Valle Leguntiná, totidemque è Flemiànis adjunctos aſſumunt. Tribunalis locus in oppido Ilantii eſt.

Schleuuenium pagus eſt, cum adjunctis aliquot ædibus, in proximo circuitu ſitis: à lævo Rheni latere, non procul ab Ilantio diſtans. Dominium ejus in diverſas manus pervenit. Primos Barones à Vatio invenimus. inde ad Comites de Verdenberg devolutum eſt. Poſtea ad Aegidium à Monte pervenit: cui filius Gaudentius ſucceſſit. hunc ſequutus eſt Chriſtophorus à Capaulo, ejusque filius Joannes, & gener Rodolphus Planta, Jacobus Ninguarda, Gallus à Monte; cujus hodiè filius Gulielmus præeſt. Caſtra in eo circuitu, præter Leuuenberg, ubi Dominus reſidet, fuere; Spilberg & Vildenberg. Populus ibi tres nominat: ex quibus Dominus unum Miniſtralem ſeligit. Civilia, Miniſtralis cum quatuordecim dirimit. In Matrimonialibus & Criminalibus è proximis Laaxenſibus tres plerunque, aut plures etiam, pro gravitate rei, adjunctos aſſumunt. Mulctæ, præter expenſas, Domino cedunt.

Tenna, locus in altiſſimo monte eſt, maximè ſylveſtris ac anguſtus. Miniſtralem ibi liberè eligunt: qui deinde à Domino Rhætii juramentum, in caſtro Rhætienſi, recipit. Miniſtralis cum duodecim aſſeſſoribus, Civilem & Matrimonialem jurisdictionem exercet. In Criminalibus, tres adjunctos è Rhætienſibus aſſumunt. Mulctæ, detractis de jure detrahendis, Rhætii Domini ſunt.

Laaxium, ſitum eſt à ſiniſtrâ Rheni parte; ſed aliquantulo altius, in monte. Caſtrum Langenberg ibi

fuit. Huic adjungitur Savicinum; quod in ſecundâ Rheni orâ ſitum eſt, in planitie concavâ, Foveâ dicta, non procul à Caſtriſio. Incolæ olim ſub Baronibus à Vatio, deinde ſub Verdenbergicis Comitibus vixere, (unde nomen etiam Comitatus juriſdictio adepta eſt) qui aliquas ibi Dominii præminentias, ſed parvi momenti habebant. Liberi enim de Laaxio ſemper vocabantur. Anno 1424. die Sabbathi poſt feſtum Jacobi, Rodolphus, Joannis filius, Comes à Verdenberg & Sargans, omne jus & prætenſionum ſuam, quam habuit in Comitatu & Dominio de Laax, honeſtis viris ejusdem jurisdictionis, pretio 300. Ducatorum aureorum vendidit: ex quo liberam juris adminiſtrandi formam illi habent. Laaxium duas jurisdictionis partes, & Sevicinum tertiam conſtituit. In Civilibus & Matrimonialibus, Miniſtralis cum duodecim aſſeſſoribus judicat: in Criminalibus, è proximis Selcunenſibus, tres adjunctos, aut etiam plures, pro gravitate rei, aſſciſcunt.

Et hæ quatuor jurisdictiones ſeu Conventus magni, ſupra ſylvam, quæ Laaxium & Flemium ſeparat, ſiti ſunt: proinde Supraſylvani dicuntur.

Flemium, quod cum proximis Alto-Trinianis, ſeu Trimontanis, Taminienſibus, & Rhætienſibus, jurisdictionem ſeu Conventum magnum conſtituit, ad lævam Rheni oram ſitum eſt: ubi caſtrum nobiliſſimorum Baronum à Bellomonte fuit. Ad pagum certę villæ, Fidatiæ dictę, pertinent. In Matrimonialibus & Civilibus, tredecim aſſeſſores cum Miniſtrale judicant. In Criminalibus tres ex valle Leguncina, totidemque ex jurisdictione in Foveâ, aſſumunt.

Dominium de Alto-Trino ſeu Trimontio unum ex an-

ex antiquiſſimis eſt. Caſtrum enim hujus nominis, tempore Regis Pipini, Caroli Magni patris, ab ejus Pręſidibus exſtructum erat. Proprii dein hujusce nominis Nobiles fuere: quorum familiâ extinctâ, ad Epiſcopatum Curienſem dominium venit: inde ad Barones à Vatio; hinc ad Comites Verdenbergicos; & ab his ad familiam Baronum ab Heuuen. Defuncto autem Alberto Arbogaſto, Volphgangus Comes à Leuuenſtein, illius è ſorore nepos, in derelicto dominio ſucceſſit. Jure pignoris, illud aliquamdiu Eglinus & Joannes Villius poſſedêre. Martinus item Sægerus, & ejus hęredes, Martinus Florinus, ac Petrus Crammerus. Deinde Joannes Planta, J.U. Doctor, Rhætii Dominus, illud tenuit: cui ſucceſſit gener Bartholomæus Stampa, Rhætii Dominus. Tandem & directum dominium, & pignoris jus, Rudolphus de Schouuenſtein ab Ehrenfels, Eques Auratus, cui vidua Bartholomæi Stampæ nupſerat, acquiſivit.

Alto-Triniani, qui in Dominio ex tribus partibus duas conſtituebant, anno 1616. pro 7000. aureis, ſe in libertatem vindicavere; proinde Magiſtratum ſuũ libere eligunt. Fuit etiam prope Trinianam Boviſta, quæ nunc cum caſtro Alto-Trino in ruinis eſt. Miniſtralis, cum duodecim aſſeſſoribus, Matrimonialia & Civilia tractat. In Criminalibus, è proximis Taminianis & Rhætienſibus, adjunctos pro rei gravitate aſſumunt.

Taminium, ubi propè in planitie Pons teloni eſt, & arx Richenou, quæ prope confluentiam anterioris & poſterioris Rheni ſtetit. Ex illa juriſdictione, iter, per mõtem Gongelium, ad Fabarianos, in Comitatu Saruncetum, eſt. Miniſtralis electio ita fit. Primo anno,

Dominus tres nominat: ex quibus populus unum ſibi Miniſtralem aſciſcit. altero anno, vice verſa, populus nominat, è quibus Dominus eligit. Civiles & Matrimoniales cauſas, cum duodecim aſſeſſoribus Miniſtralis judicat. In Criminalibus ad hos, è proximis Trimanis & Rhætienſibus, adjunctos habent. Mulctæ, perſolutis expenſis, Domini ſunt.

Rhætienſe Dominium, Barones primum ejus familię habuit: ad familiam deinde Brunorum delatum. Ex his ultimus, Uldericus Brunus, Baro Rhætii, anno 1459. extremum diem obiit: hæreditatem adeuntibus, Jodoco-Nicolao Comite à Zollern, & uno ex Liberis Baronibus à Lympurg; qui Zollerenſi poſtea jus ſuum ceſſit.

Anno 1490. Itel-Fridericus, Jodoci-Nicolai filius, conſenſu fratrum, Dominium de Rhætio & monte Sancti Georgii, cum pacto tamen luendi, Conrado à Marmore de Novodegeno, pro 7000. florenorum precio, vendidit. Maximilianus inde Imperator, à dicto Itel-Friderico, Cubiculario ſuo, directum jus retentum, ſeu gratiam luendi, coemit. Anno itaq; 1549. Ferdinandus Imperator, Maximiliani ex filio nepos, dominia à Joanne-Georgio à Marmore, perſolutis 7000. florenis, redemit: quæ deinde, pignoris jure, 14000. florenis datis, Joanni Plantæ, J.U. Doctori, à Ferdinando conceſſa fuere. Huic anno 1573. ſucceſſit gener, Bartholomæus Stampa. Quo defuncto, anno 1580. ad Joannem Plantam juniorem, Equitem Auratum, Joannis filium, pervenêre. Poſt ejus fata, anno 1615. Bartholomæus Planta filius illa poſſidet.

Rhætienſis jurisdictionis, quatuor præcipuæ Vici-

niæ ſunt. 1. Rhætium: ubi caſtrum ejus nominis eſt, à Rhæto Thuſcorum Duce nomen trahens, quo Dominus reſidet. 2. Bonadulcium: ubi arx Vackenou fuit, cum Seulems. 3. Amades: quod, caſtrum ejusdem nominis, jam dirutum, tulit. 4. Fagonium, *(Veldtſperg)* quod arcem cognominem habuit. In Miniſtrale creando, plebs tres nominat: ex quibus Dominus unū ſeligit; qui in Civilibus, & Matrimonialibus, cum duodecim aſſeſſoribus judicat. In Criminalibus, octodecim ex Rhætienſi ditione ſunt, cum ſex præterea ex dominio Alto-Trinano. Conjudicem, *(Byrchter)* unum ex Suprasaxenſibus Griſeis, alterum à Tennâ, habent. Mulctæ, præter expenſas judiciarias, Domino cedunt; qui decimas præterea in Rhætienſi jurisdictione (præterquam in pago Amedes: cujus incolæ ſe redemêre) habet.

Vallem Domeſticam *(Tomliaſcam)* ingredimur. Quæ vero ad lævam Rheni oram ſita eſt, ad Fœdus Griſeum pertinet.

Thuſciana itaq; jurisdictio, cum Montanâ, Cepinâ, & Stuſſavia, Conventum magnum conſtituunt. Hæ antiquitus ſub Baronum à Vatio dominio fuerunt. ab his, jure hereditatis, per Catharinam, Donati à Vatio, ultimi hujus ſtemmatis filiam, ad Rodolphum Verdenbergæ Comitem, cum aliis pervenêre. Georgius, & uxor ejus Barbara à Sonnenberg, interventu ipſius Curatoris Henrici à Sarandis, jurisdictiones haſce, (exceptâ Stuſſavia, quæ ad Rhætii Dominos jam pervenerat: indeque iterum in Georgii Verdenbergici manu fuerant, ex hoc eo Joanni Jacobo Trivultio vendita) Ortlieb Epiſcopo, & Collegio Curienſi, ac Cathedralibus, vendidit, anno 1475. in feſto Sancti

Bar-

Bartholomæi, pro 3000. florenorum pretio: in quorum poteſtate etiamnum hodierno tempore ſunt.

Juriſdictio Thuſcienſis in plano, quatuor Vicinias habet: 1. Thuſcia: quam Thuſci, à Gallis Sennonibus pulſi, condidere, eiq; amiſſæ patriæ nomen indidêre. Pagum alluit torrens Nolla, ex proximâ Valle prorumpens. In proximo monticulo, Roncalea eſt: Caſtrum, Superius-Tagſtein, in rupibus fuit. 2. Mazeinium: ubi arx Tagſtein-inferior fuit. 3. Tartarum. 4. Cacium. Hic Cœnobium nobilium fœminarum fuit.

Paſcalis, Rhætiæ Curienſis Comes, & ibidem decimus-quartus Epiſcopus, ex uxore Aeſopœâ, Comitiſsâ ab Altâ Rhætiâ, quæ ſe Antiſtitam Curienſem ſcribebat, filium victorem procreavit: quem, adhuc presbyterum, pater hæredem omnium bonorum in Tomiliaſcâ, & aliis locis ad Rhenum, fecit. Hic idem deinde patri, in Epiſcopatu Curienſi, ſucceſſit, & decimus-quintus in ordine fuit; Monaſteriumque hoc fundavit: ut habet inſcriptio vetus, in choro Eccleſiæ ibidem ſuper ejus tumulo, in pariete picta: *Victor Epiſcopus Curienſis, unà cum matre ſuâ, fundator hujus monaſterii, & cum eâ Paſcalis Epiſcopus Curienſis, genitor & anteceſſor ejus.* Victoris ſorores illud primo ingreſſæ ſunt: Veſpula Abbatiſſa, & Urſicina monialis facta.

Sub Epiſcopatu Thomæ à Plantâ, Fœdus Griſeum, deficientibus ferè Conventualibus, reditus Monaſterii per Communitates ſuas diſtribuit; ut Eccleſiis & Scholis ſuis inſervirent.

In pago Cacio, fuit arx, Montera dicta: habet præterea vicina loca, Summa prata; ubi arx Schovenſtein fuit.

fuit. Rufricu ibi prope Caſtrum, Rhætia ima vocatum, ſtetit: itemque Callies.

Magiſtratus creatio hæc eſt. Præfectus Epiſcopi Curienſis, (cujus ſedes in caſtro Furſtenou plerumq; eſt) ex tredecim, in Civilibus & Matrimonialibus, jus-dicentibus, unum Miniſtralem nominat. In Criminalibus Præſidis munere Præfectus fungitur; pro Conjudicibus habens Miniſtralem Thuſcienſem, & Montanum: & ad duodecim illius loci judices, ſex aliis adjunctis e proximis Montanis, atque tribus ex Cepina aſſcitis. Mulctæ, detractis expenſis, Præfecto cedunt. Hæc autem mulctarum ratio eſt: ut decem libris mulctato infamia irrogetur; quod ſi quis morti adjudicetur, viginti libræ, ſi bona Rei ferant, Præfecto debentur. Confiſcatio bonorum aliàs nulla eſt. Inciduorum, paſcuorum, feſtorum, & aliorum hujusmodi mulctæ, à Communitatibus imponuntur & exiguntur.

Jurisdictio montana (*Heinzenberg*) quinque Vicinias habet. 1. Durmeinum. 2. Flerden. 3. Purteinum. 4. Saren. 5. Delinum & Pretium: ubi Caſtrum Heinzenberg erat. Præfectus Epiſcopi, ex tribus à populo propoſitis, Miniſtralem unum nominat. Cæterùm in Civilibus, Matrimonialibus, & Criminalibus, ac mulctis, eandem rationem, quam Thuſcienſes in plano ſervant. Adjunctos enim ſuos à Thuſcienſibus & Cepinenſibus aſſumunt.

Cepina, in ſolitario & ſylveſtri loco eſt, ſupra Thuſciam. Aedes, ut in ſolitudinibus plerisq; fit, hinc inde diſſitas habet: atq; in tres cenſus dividi ſolet, qui ratione ſitus templi & plateæ nominantur. 1. Vicinia ſuperior. 2. Inferior; ubi Glaſum & Maſſugum. 3. In-

fra templum. Populus tres proponit: inde Præfectus Epiſcopi unum Miniſtralem nominat; qui, cum duodecim jus-dicentibus, Civilia & Matrimonialia judicat. In Criminalibus, quinq; ex Thuſcienſibus, & totidem è Montanis adjunctos habent. Mulctæ, præter expenſas, Præfecto, nomine Epiſcopi, cedunt.

Stuſſavia, retro Cepinam in alto loco ſita, ædes etiam ab-invicem diſtantes habet: quæ Vicinias quatuor conſtituũt. 1. In Comannâ. 2. Salernâ. 3. Gunnâ. 4. Salpennâ. Arces dirutæ in ejus diſtrictu fuère, Roſenberg, & ad Burgum. Magiſtratus liberè eligitur. In Civilibus & Matrimonialibus, Miniſtralis cum duodecim ſedet: in Criminalibus, adjunctis ſibi è Vallis-Rhenanis petitis. Mulctæ, ſi pœna ſanguinis non irrogetur, Communitati cedunt: reliquæ, hæredum Joannis Jacobi Trivultii ſunt; qui jus iſtud à Georgio Comite à Verdenberg, anno 1493. ſibi & poſteris ſuis emit. Hodiè Auguſtinus à Trivultiis illud poſſidet.

Deſcendimus in planitiem & per Viam malam, (nomen conveniens rei: ſtrictum enim & periculoſum oſtium eſt) Sexamnium ingredimur: quod cum Valle-Rhenanâ, conventum magnum conſtituit. Ejus dominium, à Baronibus Vatienſibus ad Comites Verdenbergicos, ut alia, per hæreditatem, devolutum fuit. Georgius à Verdenberg, anno 1456. Sexamniũ & Vatium-ſuperius, pro 3600. florenis, Leonhardo Epiſcopo Curienſi vendidit. à quo deinde Sexamnienſes, anno 1458. pro 3200. florenis ſe redemère.

In quatuor partes (*Directuras* vocant) dividitur; quarum quælibet ſuum Miniſtralem civilem, cum no-

vem Aſſeſſoribus,habet, uſque ad ſummam 50.florenorum judicando procedentes. 1. Siles eſt cum Raſeino: ubi caſtrum Haſelſtein fuit. 2. Anderum, cui annumerantur Pignolum, (ubi balneæ bonæ ſunt) Berenburg,(cui pago caſtrum, ibidem in munito loco ſitum, nunc deſtructum,nomen dedit) & Ferrara Vallis. Hîc ditiſſimæ minæ argenti, cupri,& plumbi, ſunt; quæ à Thomâ,Libero Barone ab Ehrenfels,Domino in Haldenſtein excoluntur: nec procul diſſitæ, Spelucam versùs,ferri etiam fodinæ inveniuntur. Atque hæc loca ad ſecundã Rheni ripam jacent. A' parte alterâ, 3. Danetum eſt: cui annumerantur, Bazen, Fardinum,(ubi ejusdem nominis Caſtrum erat) item Caſtellum, (nomen ab arce dirutâ Rinckenſtein habens) Cluginum,& Caſtellatium. 4. Lonum in monte, cum Mattono & Vergerſtein; quod arcis ibidem deſtructæ nomen fert. muri etiam collapſæ Turris Oberſtein ibi ſpectantur.

Tota jurisdictio Miniſtralē habet: qui cum duodecim Aſſeſſoribus,de Civilibus, ultra 50. florenos, ubi ſanguinis pœna non irrogatur;atque etiam de Matrimonialibus judicant.In Criminalibus, Præſide Miniſtrale regionis,viginti jus dicunt.

Proxima eſt jurisdictio Vallis-Rheni: quæ ſex Vicinias habet.In ingreſſu Vallis, 1. Suerum eſt. 2. Speluca: ubi arx ſtetit ejusdem nominis. locus ob tranſitum (indè enim ad Clavennates tritum iter eſt, per Urſulerum montem, Adulæ partem) celebris factus. 3. Medelum. 4. Planura. *(Aebi.)* 5. Novena. 6. Ad Rhenum poſteriorem. Ibi enim, ex monte Aviculâ, *(Ocello)* qui pars Adularum alpium, Rheni poſterioris origo eſt. In loco ſcaturiginis, quondam ſacellum

fuit, Nymphis dicatum; cujus adhuc veſtigia cernuntur.

Anno 1277. in feſto Sancti Galli, Valtherus, Nobilis à Vatio, in tutelam ſuam homines Teutonicos, Sexamnienſes & Speluccenſes, recepit. Inde in Verdenbergicorum Comitum poteſtatem devenere. ab his, nempe Georgio, anno 1493. ad Joannem Jacobum Trivultium tranſivêre: à cujus poſteris, videlicet Renato Trivultio, anno 1616. numeratis 2500. florenis, judiciali ſuper eâ re coram Sexamnienſibus, indeque per appellationem coram Fœdere Griſæo, diſceptatione habitâ, ſe redemêre.

Magiſtratus ſuos liberè eligunt. Civilia & Matrimonialia, Miniſtralis, cum 12. jus-dicentibus, adminiſtrat. In Capitalibus, viginti-quatuor aſſeſſores habet.

Jam montem Aviculam tranſcendimus, & in Vallem Miſaucinam venimus: quam amnis Mueſa, ex monte Aviculâ (quem Sancti Bernhardi montem etiam vocant) prorumpens, præterfluit; indeque ſe in Ticinum effundit. Regio ſatìs ampla: & quàmvis loca multa ſterilia habeat; tamen in multis etiam vini, & aliorum domeſticorum fructuum, ferax eſt. Dividitur tota Vallis in duos Vicariatus: Superiorem, comprehendentem Squadram unam & dimidiam; (totius enim Vallis quatuor Squadrę, & cujuslibet Squadræ plerumque octo Viciniæ ſunt, quæ ſuos Conſules habent) & Inferiorem, cui reliquæ duæ Squadræ, cum dimidiâ annumerantur.

1. Prima Squadra, cum ſuis Viciniis, ſeu Communitatibus, eſt: Gabia, Leſum, Cremetum, (ubi propè caſtrum munitiſſimum, Miſaucum, Comitum ejus familiæ ſedes; quod Valli nomen dedit, & anno 15[illegible]6.

juſſu

juſſu Dominorum Rhætorum, deſtructum fuit) Andersla, Doira.

2. Squadra: Soatia, Cabiolum, Sortum, Loſtalum, (hîc congregationes generales Vallis & Centenæ, ut vocant, habentur. & hucuſq; Vicariatus ſuperior, & Miniſterium Miniſtralis Miſauci, ſe extendit) Noranthula, (ubi arx Sancti Lucii ſtetit) Cama, Legia, & Vertabium.

3. Squadra: Grunum, (ubi arx Florentiana fuit) Rogoretum, (hîc palatium Comitum erat, à Joanne Jacobo Trivultio ſumptuosè exornatum) item Turris de Beſſano, & Turris del' Aua, ſeu de Bogiagno dicta. Sanctus Victor, cum Turre ejusdem nominis, ibi Præpoſitura eſt, ab Henrico Comite Miſauci inſtituta. Monticellus in confinibus, & quædam Turris rudera ibi ſpectantur: Caſtellatium fuit. Sanctus Julius, Sanctus Fidelis, Toueda, & Campionū. Miniſterium hucuſque Miniſtralis Rogoreti eſt.

4. Squadra eſt: Vallis Calancha; à flumine Calanaſcâ perluente, indeque ſe Mueſę immiſcente, ſic dicta. Viciniæ ſunt; Sancta Maria, (ubi arcis Calanchæ muri collapſi cernuntur) Daſca, Rauagnum, Caprina, Caſtaneta, Nadrum, Buſenum, Aruigum, Landerenca, Sancta Dominica, Caocum, Dabinum, ad Sablonum, & Vallis bella. Miniſtralis Calanchæ civilem juriſdictionem exercet.

Vallis antiquitùs Comites habuit: ex quibus Joannes Petrus, Henrici filius, Anno 1494. dominium ſuum Joanni Jacobo Trivultio Mediolanenſi vendidit; qui poſtea cum Valle, anno 1496. fœdus Griſæum ingreſſus eſt.

Anno 1549. Vallis ſe à Franciſco Trivultio, vigin-

ti-quatuor millibus aureis liberavit. Magiſtratuum ergo libera illis electio eſt: tres Miniſtrales in Civilibus ſunt: qui Miſauci quatuordecim, Rogoreti decē, & Calanchę octo, Aſſeſſores habent. Criminalia judicant triginta, ex totâ Valle delecti. In ſuperiore Vicariatu, præſidet Miniſtralis Miſauci: in inferiore verò Miniſtralis Rogoreti. Matrimonialia, ad Vicarium Epiſcopi Curienſis, in Valle reſidentem deferuntur.

Hujus fœderis jurisdictiones, Vallis Rheni videlicet, Stuſſavia, Tenna, Superſaxum, Cepina, & Vallis Sancti Petri, perantiquâ Leponti-Celticâ linguâ utũtur. apud reliquas jurisdictiones (præter Vallem Miſaucinam, cujus incolæ corruptè Italicè loquuntur) Rhætica, ſeu Romana, uti vocant, in uſu eſt.

PALLADIS RHÆTICÆ LIBER OCTAVUS.

CATHEDRALE fœdus, ab Epiſcopatu Curienſi, unde nomen ſumpſit, ordimur.

Hic ex antiquiſſimis Germaniȩ Epiſcopatibus eſt. De cujus fundatione, certum nihil hactenus, ex Diplomatibus ejusdem Eccleſiæ Curienſis perquirere potuimus. Arguimus tamen, Valentiniani 3. Imperatoris tempore, cùm religio Chriſtiana ubique jam vigeret, Epiſcopatum Curienſem, anno circiter 440. principium ſumpſiſſe. Clarum & indubitatum noſtro argumento teſtimonium prȩbet liber primus

Con-

Conciliorũ, pag. 363. Sub eodem enim Valentiniano & Marciano Imperatoribus, Herculano Conſule in Occidente, & Pontificatum Romanum tenente Leone I. Papâ, anno 451. Concilium 4. Chalcedonenſe habitum fuit: cui interfuit Abundantius, Epiſcopus Comenſis; mentionem faciens Aſimonis Epiſcopi Curienſis, in congregatione ab aliquibus Epiſcopis Mediolani habitâ. Ejus ſubſcriptio talis eſt: *Ego Abundantius, Epiſcopus Eccleſiæ Comenſis, in omnia ſupraſcripta, pro me, ac pro abſente ſancto fratre meo Aſimone, Epiſcopo Eccleſiæ Curienſis, primæ Rhætiæ, conſenſi, & ſubſcripſi; anathema dicens eis, qui de incarnationis Dominicæ ſacramento impiè ſenſerint.*

Aſimoni ergo primum locum tribuimus; reliquorum catalogum, cùm rerum geſtarum mentio ſuo quoque loco facta ſit, ſimpliciter apponemus. 2. Puritius. 3. Claudianus. 4. Urſicinus. 5. Sidonius. 6. Eddo. 7. Valentianus. 8. Paulinus. 9. Theodorus. 10. Verendarius. 11. Conſtantius. 12. Ruthardus. 13. Baldebertus. 14. Paſcalis: qui cum quatuor proximè ſubſequentibus, ex Comitum Curienſis Rhætiæ, ut alibi memoravimus, familiâ fuit. 15. Victor, Paſcalis anteceſſoris filius. 16. Vigilius, Paſcalis Epiſcopi ex fratre pronepos. 17. Tello, Vigilii Epiſcopi, anteceſſoris, ex fratre Victore nepos. 18. Conſtantius. 19. Remigius, ſeu Remedius. 20. Victor ſecundus. 21. Verendarius. 22. Eſſo, vel Heſſo. 23. Rotharius, qui etiam Luutardus. 24. Dietholphus. 25. Valdo. 26. Harpertus. 27. Hildiboldus. 28. Valdo. 29. Henricus: alii Uldericum; alii Urbanum vocant. 30. Rupertus. 31. Uldericus. 32. Hartmannus. 33. Thietmarus. 34. Henricus ſecũdus. 35. Norpertus

ab

ab Hochenvart. 36. Odalricus. 37. Vido. 38. Conradus primus, Comes à Bybrech. 39. Conradus ſecundus. 40. Analgotus, ſeu Adelgottus. 41. Egino, primus Princeps vocatus; ut alibi diximus: hicq; ex familiâ Baronum ab Ehrenfels fuit. 42. Odalricus ſecundus. hic natus erat Comes à Tagerfeld: cumq; ſimul etiam regeret Abbatiam S. Galli, Epiſcopatui renũtiavit, ex reformatione Alexandri 3. P.P. 43. Bruno ab Ehrenfels, dictus à Schouuenſtein. 44. Henricus tertius. 45. Reinherius. 46. Arnoldus, Comes ab Amaciâ. 47. Henricus quartus, Comes à Rhætiâ altâ. 48. Albertus. 49. Rudolphus, Baro à Guttingen, qui etiam Abbas S. Galli fuit. 50. Bertholdus. 51. Uldaricus Comes à Kyburg. 52. Volcardus à Neuuenburg. 53. Henricus Comes à Monteforti. 54. Conradus Baro à Bellomonte. 55. Fridericus Comes à Monteforti. (hic Caſpar Bruſchius intertexit 56. Uldericum quendam, cujus alibi mentio nulla fit.) 57. Bertholdus. 58. Syfridus Baro à Flumine. 59. Rudolphus, Comes à Monteforti, anteceſſoris Vicarius, & Epiſcopus Conſtantienſis. 60. Hermannus Baro ab Eſchenbach. 61. Joannes, Auditor Rotę Romanæ. 62. Uldericus Schulthais à Lenzburg. 63. Petrus de Bohemiâ. 64. Fridericus à Menzingen. 65. Joannes. 66. Hartmãnus, Comes à Verdenberg. 67. Joannes Abundius, Naſo vocatus. 68. Conradus à Rechberg. 69. Henricus Baro ab Heuuen. 70. Leonardus. 71. Ortliebo Baro à Brandis. Præcedentium Epiſcoporum plerorumque electionem, & privilegiorum confirmationem, ab Imperatoribus habitam, libro 3. recenſuimus. Sequentium nunc breviter annotabimus. 72. Henricus alter, Baro ab

Heuuen;

Heuuen; qui anno 1491. à Friderico III. 73. Paulus Ziegler, anno 1503. à Maximiliano I. 74. Lucius Iterius, anno 1541. à Carolo V. 75. Thomas Planta, anno 1549. ab eodem Carolo V. 76. Beatus à Portâ, anno 1576. à Maximiliano II. 77. Petrus Raſcrius, anno 1582. à Rudolpho II. 78. Ioannes Flugius à Rauch-Aſpermonte, anno 1601. itidem à Rudolpho II. privilegia recepit.

Amplum Epiſcoporum, ut ſuo loco pro occaſione enarravimus, fuit dominium; ſed paulatim, uſque ad hodiernum ſtatum, imminutum. Quædam bello amiſſa fuêre: jurisdictiones & Communitates aliquot pecuniâ ſe redemêre; quædam libertatem, remiſſione, aut aliâ juris viâ, obtinuêre.

In aulæ Epiſcopalis Curienſis circuitu, ſuam in Civilibus & Criminalibus jurisdictionem, per Officiales, Epiſcopus adminiſtrat. Caſtro Fürſtenburg, in Vennonibus, Præfectum imponit: qui certas ſuas præeminentias, in jurisdictione Vallis Monaſterii, exercet.

In Engadinâ inferiore, partem mulctarũ aliquam in Criminalibus etiam ſibi vindicat. Caſtrum Eremuſium ibidem ejus feudum eſt. In valle Domeſticâ, Fürſtenoviæ, in Caſtro, ejusdem Præfectus eſt: qui in jurisdictione Thuſcianâ, & Montanâ-Transrhenanâ, ac Cepinâ fœderis Griſçi, & ſuperiore Vatio Cathedralis fœderis, in Civilibus & Criminalibus, Epiſcopatus jura retinet. Extra etiam hodiernæ noſtræ Rhætiæ ſitum, feudalia bona & jura habet çximia: non ſolùm in circuitu Epiſcopatus; ſed etiam in Alſatiâ. Certam pecuniæ ſummam de reditibus Vallis Telinæ, quæ ex telonio Clavennenſi, quolibet biennio illi perſolvi-

tur, (utì ſuo loco diximus) recipit. Jus & privilegium cudendæ monetæ, ut Princeps Imperii, habet. Cæterùm hoc opuſculo ejus privilegia ſingula enarrare, noſtri inſtituti non eſt.

Sedes ejus Epiſcopalis, eſt in arce Marſoilâ, *(Mars in oculis)* quæ politiori ſtructurâ exculta hodiè cernitur; multoties licèt igne devaſtata fuerit. Propè Caſtrum Spinoila *(Spina in oculis)* in ruinis jacet. Hæc quondam duo munita loca, Præſides Rhætiæ pro ſede elegerant: inq; arce Marſoilâ, D. Lucius, utì ſuo loco enarravimus, martyrium ſubiit.

In aulæ Epiſcopalis circuitu ſunt, Præpoſitura Eccleſiæ Curienſis, & habitationes Canonicorum contiguæ. Opulentæ huic Præpoſituræ initium & reditus primò contribuit Rudolphus junior, Rudolphi 4. hujus nominis, filius, Comes à Monteforti, cùm nullos adhuc liberos haberet, anno 1476. Comitatum enim Velcurii, Leopoldo Archiduci Auſtriæ vendidit: quò liberaliùs Præpoſituram hanc donare poſſet.

Alia turris propè, intra cancellos aulæ, ſtat, Amburg dicta: ubi Canonicorum Triclinium eſt.

Aulæ Epiſcopali adhæret Cœnobium S. Lucii. Hîc primo cellula tantùm & oratorium, in honorem D. Lucii, exſtructum fuerat: deinde verò, anno circiter 540. à Valentiniano, Epiſcopo Curienſi incrementum cepit: cujus tumulo in cryptâ Eccleſiæ S. Lucii, tale marmoreo lapidi inſcriptum Epitaphium cernitur.

SCEM. EPCS.

HOC IACET IN TOMOLO QUEM DEFLET RETICA TELLUS.

MAXIMA SUMMORUM GLORIA PONTIFICUM.

ABIECTIS QUI FUDIT OPES NUDATAQUE VEXIT

AGMINA CAPTIVIS PRAEMIA LARGA FERENS.

EST PIETAS VICINA POLO NEC FUNERIS ICTUM

SENTIT OVANS FACTIS QUI PETIT ASTRA BONIS.

HIS POLLENS TITULIS VALENTINIANE SACERDOS

CREDERIS A CUNCTIS NON POTUISSE MORI. QUI VIXIT IN HOC SAEC.

C. ANN. PLS. MN. LXX. DPS SUB D 75. ID. IAN.

SEP^s^.PC^s^.BASIUCCS IN DXI. PAULINUS NEPOS IPSIUS HAEC FIERI ORDINAVIT.

Monachi primi, qui ibi vixêre, Ordinis erant D. Benedicti. Anno autem circiter 1140. Conradus Comes à Bybrech, Epiſcopus Curienſis, (qui multa beneficia, ante adeptum Epiſcopatum, in Rhętiâ, apud Rhętigoias ad ædẽ D. Jacobi, apud Corvantios, Beneduranos & S. Lucii Præpoſituram, poſſidebat) ibidem ordinem Monachorum, qui admodùm indecenter ſe geſſerant, & proinde expulſi fuerant, reformavit: aſſumptis in ipſorum locum aliis monachis, ex conventu Rockhenburgenſi, qui regulam Præmonſtratenſium obſervarunt. Anno 1194. Rutgarus Nobilis à Lympach, in præſentiâ & interventu Imperatoris

Henrici 6. Henrico Epiſcopo Curienſi, ad manus & commodum Monachorum Cœnobii S. Lucii Curię, donavit Parochiam ſuam, Beneduri in Eſtionibus ſitam: & hoc pro exſecutione voti facti. Filium enim unicum, adhuc infantem, tempore meſſis, apud manipulos aliquot frumenti obdormientem, & accreſcente mergitum congerie ſuffocatum, amiſerat. Pater igitur votum facit: quo die filium invenerit, eidem Sancto, cui dies ille ſacratus eſſet, ſe bona ſua donaturum. Die autẽ feſto S. Lucii, filium mortuum invenit: quem proinde in Cœnobio S. Lucii ſepeliri curavit, & voto ſatisfecit. Diù ſub Prioribus rectum Monaſterium, anno circiter 1350. in Abbatiam converſum fuit.

Anno 1529. Theodorus Schlegel Abbas, ob delicta, è vivis (utì ſuo loco expoſuimus) ſublatus fuit. Monachis etiam dilabentibus & deficientibus, Monaſterium corruit. Pars redituum Noſocomio ibidem, tandem etiam Scholæ Cathedrali, quæ eſt Curiæ, in Cœnobio S. Nicolai, dicata. Titulum Abbatiæ S. Lucii, Parochia Beneduri, in Eſtionibus, adepta eſt.

Sed ad fœdus ipſum revertamur. Quædam Communitates, circiter annum 1400. conjunctionis articulos aliquot ſanxêre. Anno verò 1419. certâ formâ, cùm admodùm inquietus & turbatus, ob varium Epiſcopi Naſonis ingenium, Cathedralium ſtatus eſſet, ut ſe ab omni injuriâ & vi tuerentur, ſeſe conjunxêre. Tandem à Griſæis confirmatæ, firmiori vinculo mutuo, ut in libro Fœderum fuſiùs dictum eſt, coaluêre.

Conventus magni totius fœderis, undecim ſunt: juriſdictiones verò, viginti & una. Ordinem, in Comitiis publicis, & ſuis, quoad præeminentiam, hunc

ſervant:

ſervant: Curia Civitas, Vallis Prægallia, Fürſtenovienſis jurisdictio in Tomiliaſcâ, Supra-ſaxum cum imo Caſtro, Engadina ſuperior, Ortenſteiniana jurisdictio in Tomiliaſcâ, Engadina inferior, Bergunium, Vatium ſuperius, Quatuor Pagici, ſeu Viciniæ, quondam Dominii de Aſpermonte, Peſclavium, Eremuſium cum Celino, Bivium, Averſa, & Vallis Monaſterii. Singulas, pro ratione ſitus, & inſtituti noſtri, breviter percurremus.

Civitas Curia, in amplo, fertili & jucundo agro Corvantiorum (qui ex primis Celtis harum regionum incolæ ſunt) ſita eſt. A' Rheno, ad cujus ſecundam ripam jacet, & Pleſſurâ, civitatem alluente, ejus territorium irrigatur. De ipſius incrementis, variæ auctorum ſunt conjecturæ. Hoc certum apud me ſtat, ſucceſſiva ejus fuiſſe incrementa: & quidem à Caſtris Marſoilâ & Spinoilâ, Præſidum Rhætiæ ſedibus; tùm etiam ab arce egregiâ, quæ in planitie erat, Planterrâ; [*Imburg*] (jam centrum Civitatis hoc eſt, emporio ibidem extructo: domus etiam Turrita exſtat, versùs portam inferiorem, ubi illi inde à Planaterrâ poſtea habitaverant) quædam ſumpſiſſe. Aucta deinde fuit; quum ibidem in Caninis campis, Imperator Conſtantinus, anno 455. contra Allemannos Lentienſis pagi, hyberna ſua haberet; & inde, intra Urbem & Rhenum, adhuc locus eſt, qui Tumba Equorum inſignitur: quòd ibidem equi, tempore hybernorum pereuntes, ſub terram defoſſi fuerint.

Antoninus Auguſtus, qui hisdem temporibus vixit, in ſuo Itinerario, Curiæ mentionem facit. A' Brigantio enim, Curiam uſque 50. milliaria Italica numerat.

Alii, Cl. Ptolomęum Alexandrinum, qui ſub Adriano & Marco Antonino Imperatoribus vixit, ejus feciſſe mentionem, & ſub Ebroduro comprehendiſſe, conſtanter affirmant.

Civitas hæc, gravia damna, ab igne & peſte perpeſſa eſt. Anno 1350. Monaſterium Prædicatorum, ad ædem S. Nicolai, in urbe Curienſi, igne vaſtatum fuit. Urbs autem, anno 1358. terræmotu concuſſa. Anno 1361. dimidia civitas igne & peſte abſumpta. Anno 1383. Caſtrum Marſoila, cum maximâ parte Civitatis, igne conſumptum fuit. Sic etiam Vulcanus ſequentibus temporibus ibidem ſæviit: anno videlicet 1479. 1511. 1574. & 1576. Peſtem autē pertulit maximam, anno 1550. (ubi 1600. mortui.) & 1566.

Anno 1412. obſidione, ab Ulderico Barone Rhætii, uti diximus, preſſa fuit.

Hodierno tamen tempore, auxilio divino & induſtriâ civium, egregiis ædificiis exornata, ſpectatur.

Maximus hûc populi concurſus eſt, cùm propter nundinas ordinarias, quarum 3. (1. Menſe Jan. poſt feſtum Converſionis Pauli: 2. Septimanâ proximè ſequente Dominicam Trinitatis: 3. Menſe Novemb. ipſis Martinalibus) præter hebdomadarios mercatus, annuatim celebrantur: tùm etiam ob commerciorum copiam. Cathedrale quoq; fœdus, ceu loco principali fœderis, ſuas hîc habet congregationes. Conſul Civitatis, totius fœderis Præſes eſt: Cancellarius, Curienſis Archigrammatęus. Præconis munere fungitur unus ex apparitoribus Urbis. Privilegia fœderis ibidem in Archivo conſervantur. Comitia etiam publica trium Fœderum, ſuo ordine, hîc habentur. Subcomitia (*Bytag*) in eâdem urbe, ceu metropo-

tropolitano loco, & propter magnam commoditatem, omnia peraguntur. In Cœnobio S. Nicolai, ubi olim Dominicani erant, nunc trium Fœderum junctim, & Cathedralis, gymnaſium eſt literarium.

Ad Civitatem ſpectant loca, ad Maleſanos, [*Maſſans*] (ibi enim Leproſorium eſt) Lauribalneum, (*Lurlibald*) & Eraſca. Templum S. Hilarii, anno circiter 495. à S. Fridolino in honorem Hilarii, Epiſcopi Pictavienſis, Præceptoris ſui, ibidem exſtructum fuit. Eccleſiæ & cellulæ contiguæ veſtigia adhuc viſuntur. Item S. Antonius: ubi Conventus olim Monialium fuit; cujus rudera adhuc ſuperſunt.

Civitas hæc urbibus Imperii antiquitùs annumerata fuit, & egregiis privilegiis dotata: quorum aliqua ſuccinctè enarrabimus.

Anno 1464. in urbe Neoſtadiâ Auſtriæ, Fridericus 3. renovavit Civibus Curienſibus privilegia incendio abſumpta; & jus conſtituendarum tribuum, aliasq; immunitates, conceſſit. Anno 1487. Antuerpiæ, Maximilianus Rex, Curienſi Civitati privilegia, à patre Friderico data, confirmavit. Anno 1489. Oeniponti, Fridericus 3. Imperator, facultatem Civitati, ſe à Præfecturâ Imperii liberandi, conceſſit: quæ Epiſcopatui Curienſi, anno 1339. à Carolo 4. Imp. oppignerata fuerat. Anno 1514. declaratio à Senatu Velcuriano, ſuper privilegiis Curienſi Civitati, à Friderico 3. & Maximiliano I. datis, facta eſt. Anno 1521. Brugis in Flandriâ, confirmationem privilegiorum, à Carolo 5. Civitas recepit. Eandem anno 1558. Viennæ à Ferdinando Imp. obtinuit.

Cum Epiſcopatu, propter electionem Magiſtratus, & alias cauſas, varias lites & controverſias habuit: utì

ex

ex parte libro 3. diximus. Anno nempe 1422. cum Joanne Abundio Naſone. Anno 1477. Vilæ in Turgoviâ, controverſiæ inter Ortliebum Epiſcopum & Civitatem, per Uldericum Abbatem S. Galli, arbitrum, deciſæ ſunt. Anno 1489. aliæ, cum eodem Epiſcopo natæ diſſenſiones, per arbitros diremptæ fuêre.

Sua quoque privilegia vetera cudendæ monetæ Civitas habet. Ejus autem libera gubernatio, à Friderico 3. Imp. conceſſa hodierno tempore hęc eſt. Cives per quinque tribus diſtributi ſunt. Nomina tribuum ab Opificiis vocantur: Sartorum, Sutorum, Fabrorum ferrariorum, Piſtorum & Vinitorum. Quælibet tribus duos Tribunos plebis, ſeu Magiſtros ſuperiores, (*Ober zunfftmeiſter*) habet: qui alternis annis officio funguntur. Sunt etiam inferiores Tribuni plebis, (*Under zunfftmeiſter.*) Duo deinde omnium quinque tribuum ſupremi Magiſtri (*Oberſte zunfftmeiſter*) eliguntur: & hi alternis annorum vicibus pręſunt. Quatuordecim (in quorum numero etiam Tribuum Magiſtri ſunt) ex quâlibet tribu ad Conſilium magnum, qui conſeſſus ſeptuaginta virorum eſt, aſſumuntur: exinde cæteri magiſtratus creantur. Conſilium minus, quindecim viris conſtat; ex ſingulis tribubus ternis ſelectis. Hi Senatores vocantur: & Reip. ſecretiora ac Matrimonialia quoq; adminiſtrãt. Huic Senatui duo præſunt Conſules: quorum annuum per vices eſt imperium. Ad hos quindecim alii, ęquali ſervato per tribus numero, ſeliguntur; qui cauſas Criminales dirimunt. Præſident huic judicio, duo Præfecti urbis, (*Stattvogt*) & alternis annis hoc munere funguntur, ut Conſules. Conſeſſus judicum in cauſis Civilibus,

vilibus, ex quindecim conſtat: decem nempe ex conſilio triginta virorum, & quinque tribuum Magiſtris. Qui his præſidet, Prætor Urbanus *(Stattrichter)* vocatur. Provocatio inde ad minorem Senatum datur. Eſt etiam Judex, *(Præfectrichter)* qui cum ſex Aſſeſſoribus controverſias, de ſervitutibus urbanis & ruſticis oriri ſolitas, decidit. Urbis Miniſtralis eſt, *(Stattamman)* qui annonæ curam gerit. Suum Vexillarium *(Banerherr)* habent: (Anno 1512. à Papâ Julio, peculiari vexillo donati fuêre) item Quæſtorem, Aedilem, Cancellarium, & Scribam rerum civilium, cum Apparitoribus. Magiſtratuum electio, circa ſacra D. Martini, menſe Novembri, fit.

Secunda à Civitate Curiâ, versùs Rucantios, ad ſecundam Rheni ripam, jurisdictio magna eſt Quatuor Pagicorum, *(Vierdörffer)* tot enim Viciniæ ſunt. Hæc olim ſub dominio Aſperimontis fuit: inde ad Epiſcopatum Curienſem pervenit; à quo poſtmodùm ſe redemerunt.

1. Pagus Ciceronium eſt: ubi ruinæ caſtri Fridnou cernuntur. Huc ſpectat mons Maſtrils dictus, & pons telonii. Caſtrum ſuprà erat, Frucaus dictum.

2. Igis pagus: cui imminebat caſtrum Facklaſtein. In planitie propè eſt arx Marſilinium, quondam magni nominis: adeò ut eam Archiduces Auſtriç in feudum, ab Epiſcopatu Curienſi, utì libro 3. diximus, acciperent.

3. Trimontium, à tribus imminentibus montibus dictum, & pagus eſt, & caſtrum ſuprà locatum, nunc deſtructum. Curiam verſus arx fuit Superior-Ruchenberg. Pertinêt huc Curtis Epiſcopatus Curienſis, Molinæra, (ſupra quam Caſtrum Ruchaſpermon-

tium erat) montis vicini incolæ Seyes, Valtanna, Teleinum; itemque pars Vallis-Sanæ.

4. Vatium inferius, ad ſiniſtram Rheni partem jacet: ubi propè ſalubre Balneum eſt. Arces habuit, quarum veſtigia adſunt, Rappenſtein, in Vallicula ſitum, & Neuuenburg ad Rheni ripam. In adminiſtratione cauſarum Civiliū, quilibet pagus ſuo Miniſtrali, cum duodecim Aſſeſſoribus utitur. Criminales verò & Appellationum cauſas, Miniſtralis regionis, *(Landtamman)* cujus ſedes Ciceronii eſt, cum duodecim jusdicētibus ex Quatuor-pagicis delectis, dirimit. Idem etiam ſex Aſſeſſores ex totâ jurisdictione habet, qui in Matrimonialibus jus dicunt.

Vallem Domeſticam *(Tomiliaſcam)* à dextro Rheni latere, ubi Cathedrales ſunt, ingredimur. Prima ibi, ſecundùm regionis ſitum, jurisdictio Ortenſteiniana, nomen habet à Caſtro, quod prope Tomilium adhuc illæſum ſtat: & unà cum jurisdictione Fürſtenovianâ proximâ, magnum conventum efficit. Sex autem Viciniæ ſunt: 1. Tomilium: quo ſpectat Duſſium. Ibi propè Turris Neuuenſins *(Caſa Nova)* eſt: item fons rubeus. Nō procul inde rudera Caſtrorum, Ima-Juvalta, & Alta-Juvalta, cernuntur. 2. Rotelium. 3. Paſcualium: prope quod caſtrum eſt dirutum Altenſins. 4. In proximo monte, Tranſum. 5. Scheidium. 6. Fœldis. Barones à Vatio olim hic juſſa dabant: quibus Verdenbergici Comites, ut hæredes, ſucceſsere. A' Georgio autem, jus in barones à Valdpurg trāslatum. Hi Ludovico Tſchudio Patricio Glaronenſi, Equiti aurato, vendidere: à quo homines jurisdictionis hujus, anno 1527. ſe pecunia redemere. Magiſtratus libera electio eſt. Miniſtralis, cum duodecim

decim Aſſeſſoribus, Civilia & Matrimonialia adminiſtrat. In Criminalibus, ſex adjunctos, è jurisdictione Fürſtenovianâ, habent.

Jurisdictio Fürſtenoviana, nomen habet à Caſtro Epiſcopali ejusdem nominis, cum pago adjuncto. Viciniæ quatuor ſunt: 1. Fürſtenovia. 2. Scharanſum: ubi Turris ejusdem nominis erat. 3. Silium: in cujus circuitu ſtant caſtra, Ehrenfels, Baldenſtein, & Campellum. 4. Almenum: cui arx diruta nomen dedit. In ejus vicinia Caſtrum Haſenſprung, prope vicum Praduallum, dirutum etiam jacet: ſtat autem arx Rietberg.

Præfectus *(Landtvogt)* cum duodecim jus-dicentibus, de Civilibus & Matrimonialibus, judicat. In Criminalibus, vice versâ, ab Ortenſteinianis adjunctos habent.

Per anguſtum oſtium, & periculoſam viam, Murum *(Schyn)* dictam, ex Valle Domeſticâ ad Vatienſes ſuperiores venimus.

Vatienſis jurisdictio celebris propter ſedem nobiliſſimorum Baronum hujus ſtemmatis, facta eſt. Cum Berguni enſibus, ſeu dominio de Gryphenſtein, magnum facit conventum: & in quatuor Quartas, ſeu Squadras ſubdividi poteſt: 1. Almennum, Zurtenum: quo ſpectat Nivallum, (ubi caſtrum munitũ ejus nominis fuit, quod Barones de Vatio aliquando inhabitavêre) & Soles; qui locus etiam, ab arce ibidem exciſâ, nomen trahit. 2. Lainum. 3. Muldainum & Dalum. 4. Sturviſium, & Collis, ſeu Motta. Hic uterque poſterior locus, in Civilibus Miniſtralem habet. Appellationes autem ad Vatienſem jurisdictionem deferuntur.

Paruit olim jurisdictio hæc naturalibus ſuis Dominis, Baronibus à Vatio: inde ad Verdenbergicos Comites devoluta eſt. Georgius Comes Verdenbergicus, anno 1456. Epiſcopo Curienſi Leonhardo, Sexamnium & Vatium pro 3600. florenis vendidit: à quo deinde incolæ pecuniâ ex parte ſe redemerunt.

Creant illi Miniſtralem: cui electo juramentum Præfectus Epiſcopi, Fürſtenoviæ defert. In Civilibus, undecim Aſſeſſores ſunt: in Matrimonialibus, ſexdecim. In Criminalibus, Præfectus Epiſcopi præſidet: ſedecim Vatienſes jus dicunt. Hi quatuor ex Fürſtenovianâ jurisdictione, & unum è Parpano, qui in territorio Vatienſium habitet, adjunctos habent. Torturam Fürſtenoviæ, in caſtro, maleficis inferunt: exſecutio autem apud Vatienſes fit. Mulctarum minorum dimidium unum Miniſtrali; alterum, Communitati; mulcta verò major, Præfecto Epiſcopi (qui etiam, deficientibus malefici bonis, expenſas ſolvit) cedit.

Proximum eſt dominium de Gryphenſtein, quod Nobilium hujus familiæ fuit: inde ad Epiſcopatum Curienſem venit. Ut feudatarii & beneficiarii, id aliquando poſſederūt Comites ab Amaciâ. Anno 1396. die 2. Febr. Hartmannus Comes à Verdenberg, Epiſcopus, illud redemit. Anno 1537. die 16. April. dominium de Gryphenſtein ſe, ab Epiſcopatus Curienſis ſubjectione, perſolutis 2300. florenis Rhenenſibus aureis, liberavit.

Viciniæ hîc ſunt: 1. Bergunium, unde ex monte Albulâ, Engadinam ſuperiorem attingente, flumen ejusdem nominis prorumpit; quod ſe non procul à Caſtro Baldenſtein, Rheno poſteriori jungit. 2. Feliſurum: ubi caſtri Gryphenſtein rudera, in monte cernuntur.

nuntur. Sunt ibidem multæ minæ argenti, plumbi, cupri & ferri; quæ à Joanne à Salis, quondam Vallis-telinæ Vicario & ſociis diligenter excoluntur. 3. Latium. & 4. Stulium. Pertinet etiam ad jurisdictionem Vicinia montis Ionii.

Bergunienſes, Miniſtralem regionis habent: qui civiles quæſtiones, cum ſex Aſſeſſoribus dirimit. Sin controverſiæ ſint extra Bergunium, de ſervitute prædiorum: Latium Aſſeſſores duos, & Stulium unum contribuit.

Feliſurum, Miniſtralem quoq; habet: qui in Civilibus, ad ſummam 20. florenorum, cum ſex Aſſeſſoribus, pronunciare poteſt: quod ſi dictam ſummam controverſia excedat, Miniſtralis Bergunii, cum aſſeſſoribus, eo accerſitur. Matrimonialia & Criminalia, à Miniſtrale regionis Bergunienſi, & undecim Aſſeſſoribus, (6. videlicet Bergunienſibus, 2. Feliſuranis, 2. Latienſibus, & 1. Stuliano) deciduntur.

Ad hanc jurisdictionem pertinet Quartus, ut vocatur, de Lantio, Brienzolo, & Vazerolo: qui Cathedrales dicuntur. Etſi autem territorium decem jurisdictionum fœderis ſit & in Civilibus, Matrimonialibus & Criminalibus, ejusdem judicibus illi Cathedrales pareant: quę tamen functiones militares, creationem Officiorum apud ſubditos, & Comitia trium Fœderum, concernunt; Cathedrales ex dictis pagis ſuam contingentem partem apud Bergunienſes habent.

Vergimus ad Supraſaxum, olim Miniſterium in Impedinis, quaſi in imo pedis alpium, in antiquitatibus Curienſibus dictum: quod cum Imo caſtro magnum conventum conſtituit. Regio tota in 5. plebes diſtributa eſt: 1. Tinitionum: cujus Antoninus Auguſtus,

in Itinerario, meminit. Turris ibidem Nobilium à Marmore fuit. Miniſtralem in Civilibus, cum octo Aſſeſſoribus, (ut in omnibus ſequentibus locis) habet. Ad hanc plebem pertinet Rovena, Livizonum: item Surum & Molendinum, (ubi Turris Spludatium ſtetit) cum Valle Falerâ. Et hi ſuum Civilem Miniſtralem habent.

2. Savogninum. Inter hunc pagum & Contrum, Turris Petnale in ruinis jacet.

3. Reambs *(Rhætia ampla)* Caſtrum hujus nominis eſt. Et hic pagus ſuum Civilem Miniſtralem habet. Item Contrum, (quod ex adverſo ſitum ſit) cum Brucinio. Miniſtralis Civilia adminiſtrat.

4. Salucum, Delum, (infra quod Turris Vallaca fuit) & Preſantium; prope quod rudera Caſtri Rauſchenberg cernuntur.

5. Imum Caſtrum: cui arx deſtructa, & ſitus nomen dedit. Ejus meminit Antoninus Auguſtus in Itinerario ſuo. Quo ſpectant, Prata, & Alfaſeinum; eis Miniſtralis in Civilibus præeſt. item Monum, in proximo monte ſitum; ubi etiam Miniſtralis civilis eſt.

Criminalia à Præfecto regionis *(Landtvogt)* cum 18. Aſſeſſoribus judicantur. Mulctæ, detractis expenſis judicialibus, Præfecto cedunt. Matrimonialia, à Præfecto, & quatuor Aſſeſſoribus, dignoſcuntur.

Bivium, *(Stalla, Stabulum)* ita dictum, quod ibidem duo itinera montes ſcindant: alterum, per Septimum montem, in Prægalliam ducens; alterum, per Julium, (uterque enim mons Juliarum alpium pars eſt) in ſuperiores Engadinos: cum proximâ juriſdictione Aversâ, & Eremuſio, ac Celino, apud Engadinos Inferiores, Conventum magnum conſtituunt. Flumini

etiam,

etiam, ex Septimo monte ſcaturienti, Rheni nomen dant: qui ſe ad Imum Caſtrum Albulæ miſcet.

Viciniæ hic ſunt: Bivium cum Nalaco, Stabulum vetus,& Marmorea; cui vico vicinum Caſtrum deſtructum,hujus nominis,nobiliſſimæ familiæ à Marmore prima ſedes, celebritatem addidit. Miniſtralis,in Civilibus & Matrimonialibus, cum 12. jus-dicētibus,pro tribunali ſedet. In Criminalibus, Præfectum Supraſaxienſem,cùm duobus aliis,accerſunt.Mulctę minores,Communitati; majores, nempe Criminales, Præfecto Supraſaxienſi cedunt.

Averſa, uti & Bivium, in aſpero loco ſita eſt; parte mõtis Septimi à Bivio ſegregata. Vicinię ſunt ſeptem: 1. Madriſium. 2. Crottum. 3. Campſuptum. 4. Platta. 5. Caſale. 6. Creſta. 7. Curtes. Quondam Nobiles à Marmore,tanquam beneficiarii Epiſcopatus Curienſis,jura ibidem exercebant. Ipſi vero incolæ tandem ſe liberavêre: & hinc Miniſtralem liberè eligunt; qui cum 12. Aſſeſſoribus, Civilia, Matrimonialia & Criminalia adminiſtrat.

Superato Septimo monte, Prægalliam quæ in orâ Gallię Ciſalpinę eſt,ingredimur. alii Prę Juliam,quod ad pedem Juliarum alpium jaceat, nominant. Multis Imperatorum privilegiis, prę ſertim Henrici 2. uti ſuo loco diximus,decorata eſt, & libera Imperii regio dicta. Conventum magnum ſola efficit: qui in duas Civiles juriſdictiones, Porta (ubi Caſtrum & Oppidum Muri erant) terminum ſtatuente, dividitur. Supraportanæ juriſdictionis ſeptima pars, Caſatia vicus eſt, ad pedem Septimi & Maloii montis jacens; ubi etiam itinera ſecantur: ob S. Gaudentii corpus, ibi ſepultum, quondam celebris. Truncus Gaudentii, caput

etiam

etiam amputatum ad locum hunc detuliſſe, uti de S.Placido diximus, narratur. Turris ibidem fuit. Pertinet eo Caprile, & mons Maloius, Juliarum alpium membrum. Inde, utì ex ſeptimo monte, Maira fluvius, qui Lario ſe miſcet, ſcaturit. Suum incolæ in Civilibus Miniſtralem habent.

Cæteri Supra-portani in quatuor Squadras dividi ſolent: 1. Platea eſt. 2. S.Caſſianus. 3. Burgus novus cum Stampâ. 4. Cultura. Vicorum nomina ſunt: Vicoſupranum, (ubi Subcaſtellum, & Turris alia fuit) cum Rotitio & Pontiſellâ, Burgus novus, Stampa, Cultura, cum Montacio, & aliis Curtibus. Miniſtralis, de Civilibus, cum 12. Aſſeſſoribus judicat.

Sub-portani tres tertias habent: quarum duas, Solium, (locus celebris, ob antiquam nobiliſſimę Saliceæ familiæ ſedem, in monte eſt) cum Caſtalegnâ & Promontorio; tertiam, Pondum ſtatuit. Miniſtralis, cum 12. jus-dicẽtibus Civilia adminiſtrat. Criminalia vero totius regionis Vicoſuprani tractantur: à totâ regione electo Prætore, & huic 18. Aſſeſſoribus datis. Matrimonialia à judice Matrimoniorum, cum 6. conjudicibus dirimuntur.

Superato monte Maloio, Engadinam ſuperiorem, quæ conventus magnus eſt, ingredimur. Nomen Engadinæ inde eſt, quod in capite Oeni *(in co d' Oeno)* ſitum habeat. Multa, per totam vallem nomina Urbium Latii & Campaniæ ſunt. Inde namq; aliqui, jugi Pœnorum, ſub Hannibale pertæſi, ad tuta hæc montium receptacula, (ut aliàs dictum) ſe contuliſſe dicuntur, nominaq; amiſſæ patriæ ſedis hic renovâſſe. Aſpera quidem, & frigido cœlo eſt; ſed amœnitate, & fructuoſis pratis, campis, & alpibus felix.

Anno 830. Bertholdus Comes, in Enjatina fuit.

Anno 1139. Vdalricus, Comes de Camertingen, & frater ipſius Adalbertus, cũ matre ſuâ, & per volũtatem ſuorum liberorũ cum manu Advocati ſui Eberhardi de Sacco, vendiderunt Conrado, Sanctæ Curienſis Eccleſiæ Epiſcopo, jura ſua in Engadinâ ſuperiore (locis & pagis enumerandis ſuperſedeo) pro 800. marcis argẽti, & 60. unciis puriſſimi auri. Exſtat & alia venditio Vdalrici & Conradi, cum ſororibus ſuis, liberorum Vdalrici Comitis ſupraſcripti, cum voluntate patris, & patrui Adelberti, & manu dicti Advocati, eidem Epiſcopo Conrado, eodem tempore facta, aliquorum in Engadina ſuperiore locorum pro 260. marcis argenti. Iidẽ, eodem momento, Epiſcopatui Curienſi, pro remedio animarum ſuarum, propria ſua bona ad Ponteresinam donaverunt.

Anno 1492. cum Epiſcopo Henrico ab Heunen, & Capitulo Curienſi, certas conventiones, pro libertate ſua inière.

Anno 1494. eidem Epiſcopo, pro exemptione, 900. florenos dederunt: & hinc liberam Reip. adminiſtrationem habent.

Tota regio ſuperior, in duas partes, per fontem Metulam, diviſa eſt. Superioris, ut ſitum illius ſequamur, ſupremi versus Prægallos ſunt: 1. Silium, Vallis faiz, & Cryptæ albæ. Hic primus Oeni ortus, ex Meloio, (Juliarum alpium membro) & ex ipſo monte Julio, qui propter excellentiam nomen obtinuit, cernitur. In monte Julio, columna lapidea quondam ſtetit, ab Imperatore aliquo aut Rhætiæ Præſide erecta, ex tribus fruſtis conſolidata erat: quorum duo ulnæ unius quodq; magnitudinis, decidere. Lacum Si-

lienſem Oenus, primo efficit: in cujus oris, Caſtri diruti rudera cernuntur, à Caſtromuris olim habitati. Silienſes ſuũ civilem Miniſtralem, cum ſex Aſſeſſoribus, habent: (uti & in cæteris vicis ſequentibus) qui more Miniſtralis apud proximos Sylvaplanenſes, de qualibet ſumma pecuniaria, & controverſiâ civili, conſentientibus partibus, judicare poteſt.

2. In deſcenſu, pagus Sylva plana eſt, cum Supralaco: qui locus a lacu ibidem nomen habet. Hic Miniſtralis Civilis eſt.

3. Sanctus Mauricius: prope quem acidulæ ſunt, à Theophraſto Paracelſo ſummopere celebratæ. Lacum etiam piſciferum habet. Miniſtralis Civilis hic, (uti apud Celerinenſes, Pontareſinenſes, & Biverenſes, qui proprios etiam ſuos Miniſtrales habent) ad ſummam viginti duorum cum dimidio florenorum, pronunciare, cum Aſſeſſoribus poteſt.

4. Celerina: ubi etiam lacus eſt.

5. Pontareſina, verſus montem Berninam ſita. Turris ibidem diruta cernitur: & inde trita via eſt ad Peſclavienſes.

6. Samadenum, quaſi *Summum Oeni*. Fluvius inde ex monte prorumpens, alteram Oeno ſcaturiginem dat. Egregius eſt pagus: ubi Miniſtralis Civilis eſt, qui cum 16. Aſſeſſoribus, ex regione collectis, controverſias majores Civiles, ſupra fontem Merulam, decidit.

7. Beverum, cum loco ad Auglas (*alles Augier*.) Hic conventus & congregationes totius Engadinæ ſuperioris habentur.

Infra fontem, venimus 1. ad Pontem: unde per montem Albulam ad Berguninos iter eſt. Vicinium cum pago Campovaſto, conſtituit. Miniſtralis Civilis

(uti

(uti & Scamfienſis) ad ſummam 15. floren. jus dicit.

2. Madulenum, cui diruta arx, Guarda vallis dicta, imminet: Miniſtralis hujus minima juriſdictio, trium nempe tantum florenorum eſt.

3. Zutium, ſedes Miniſtralis totius regionis eſt; qui aut ipſe, aut locum-tenens, ex familia Plantarum deſumitur. Sedes enim antiqua eſt nobiliſſimæ familiæ Plantarum: qui quondam diverſis immunitatibus gavisi, quaſdam etiamnum retinent. Turris ejusdem nominis ibi eſt. Pagus ornatus ædificiis, pro more regionis, fultus eſt. Viciniç ſunt; Dorta, & ſupra Oenum. Miniſtralis regionis, civilia in pago peragit: quæ veró graviora ſunt, & dictam ſummam in aliis pagis, infra Merulam excedunt, 16. judices, quorum 8. a Suprafontanis accerſuntur, decidunt.

4. Scamfium: infra quem pagum, olim aggeres exſtructi fuerunt, qui nunc diruti ſunt. Inde iter per montem Caſannam, in Luvinium, quod Bormienſis ditionis eſt. Pertinet eò Capella ubi noſocomium eſt, Cinuſcal prope pontem altum, qui Engadinam ſuperiorem ab inferiore dividit; & Suſana, unde per Scaletam ad proximos Davoſianos via ducit.

Matrimonialia, in loco Augiæ, à Miniſtrali, & 16. Aſſeſſoribus regionis, dijudicantur. Criminalia vero totidem adminiſtrant. Si ſupra fontem Merulam: Samadeni judicii locus eſt: ſi infra; Zuzii tribunal eſt.

Quilibet pagus deinde ſuos Covicos habet. Ad electionem Miniſtralis regionis, Cancellarii & Aſſeſſorum Criminalium; uti & ad creationem Officialium, apud ſubditos, & Oratorum ad Comitia trium Fœderum; ſedecim Deputati, in loco Augiæ congregati, conveniunt: quorum quatuor dat Zutzium, cum

Madulaino; duos Scamfium; totidemq; Campova-ſtum & Samadenum: Biverum, Celerina, Puntare-ſina, S.Mauricius, Sylva plana,& Silium, quilibet vi-cus unum, mittunt.

Deſcendimus in Engadinam inferiorem: qui Con-vẽtus magnus, in duas minores jurisdictiones, (quo-ad Criminalia, monte Fulono; quoad Civilia, Valle Taſna) diſtinguitur: ita nempe, ut Fetanum, in Cri-minalibus ad ſuperiores; in Civilibus ad inferiores ſpectet.

Viciniæ ſuperioris jurisdictionis Civilis, ſunt quin-que: 1. Cernetiũ: ubi turris Vildenberg fuit, habita-tio nũc Capitanei Rudolphi Plantę, Equitis aurati, & maleficiorum ibidem judicis: alia item turris Mau-rorum familiæ; quæ diruta eſt. Huc ſpectant, Brailum, & mons Pesfalarius, *(Puſſalera)* cum furno, ubi fer-rum coquitur. 2. Suſium: ubi in tribus diverſis colli-bus, turrium collapſarum ruinæ cernuntur. 3. Lavi-num. 4. Guarda, cum Boſcã. 5. Ardetium. Caſtrum hujus nominis, ibidem in ruinis jacet. Hi pagi ſuum in Civilibus Miniſtralem, cum 15. Aſſeſſoribus habent; & unà cum Fetano, ut diximus, judicem in Crimina-libus. In matrimonialibus, præſidet Miniſtralis cum Aſſeſſoribus tribus: qui Eccleſiaſticos etiam conſide-re ſolent.

Inferior jurisdictio, Vicinias quatuor habet in Ci-vilibus: 1. Fetanum: ubi arx Ortueina deſtructa cer-nitur. 2. Scolium: ubi Portarum turris fuit; & quon-dam Monaſterium, quod inde Burghuſum transla-tum. Fons etiam acidularum optimus ibi extat. Per-tinet eò Vallis Scarla, ob minas argenti & ferri olim celebris: ubi & Princeps Auſtriacus, Comes Tyrolis,

adhuc

adhuc ſuum minarum judicem habet. 3. Sentum: ubi Burgus S. Petri, arx munita ſtetit.

Caſtrum Taraſpum, non procul à Scolio ſitum eſt: ubi Caſtellanus, nomine Principis Auſtriaci, Comitis Tirolis, reſidet. Hodierno tempore, Mohri à Liechtenegg, jure pignoris illud tenent, cum viciniâ ejusdem nominis. Ibi fons ſalſus eſt, à Conrado Geſnero, Medico excellentiſſimo, & Joanne Fabricio Montano verſibus celebratus. Etſi autem Taraſpum in fœdere non ſit: tamen in omni judicio Civili, Matrimoniali & Criminali, jurisdictioni Scolienſi paret. Miniſtrales Civiles, in hac jurisdictione quatuor ſunt: 1. Cathedralium: qui cum 9. Aſſeſſoribus judicat. 2. Signoriæ, (Auſtriacorum nempe) ut vocant: in cujus electione Præfectus Taraſpi duo fert ſuffragia, & juramentum dat. 3. Abbatiæ montis Sanctę Mariæ. 4. Cœnobii Monialium Vallis Monaſterii. In Matrimonialibus, præſidet Miniſtralis Cathedralis cum Aſſeſſoribus duobus Eccleſiaſticis, & uno Politico.

Eremuſium autem, cum Celino & Sammitio, etſi conventum magnum cum Bivio & Averſâ conſtituât: in Criminalibus tamen ad hanc jurisdictionem ſpectant; ſuam vero Civilem jurisdictionem habent: quibus Miniſtrales præſunt.

Viciniæ ſunt: Eremuſium; cui Caſtrum, Canities olim dicta, imminet. Epiſcopatus Curienſis feudum & multa egregia prædia ibi tenet. Hartmannus, Epiſcopus Curienſis, illud anno 1394. à Comitibus ab Amaciâ, ut beneficiariis, recuperavit: quibus anno 1368. à Zuanzingero, ex familia Eremuſienſi, oppignoratum fuerat. Ibidem, infra pagum, ex Valle Taſſâ, prorepit fons, ex loco naturâ concamerato: qui certis

diei horis deficit; ac unius horæ ſpatio iterum largiter accreſcit. Huc ſpectant: Crux, *(Crieuſch)* Menaum, *(Mnau)* & S. Florinus, qui ibi ſepultus eſt: quo magnæ quondam peregrinationes fiebant.

Miniſtralis de Civilibus, cum 3. Aſſeſſoribus judicat: &, ſi opus, adjunctos aſſumunt à Scolienſibus. Matrimonialia (ut etiam Celini & Samnitii) Miniſtralis, cum duobus Eccleſiaſticis, & aſſeſſore politico dirimit.

Sequitur Celinum; ubi arx Vitelliana *(Serwiezel)* ſtetit: Receptiuncula, *(Retsfella)* Sanctus Nicolaus, Sylva plana, Pons Martis & Torrens Corius, *(Tſchuergenbach.)*

Ibidem in confinibus & territorio Comitatus Tirolis, ex mõte Venuſto, ſcaturit Atheſis; quæ Pado ſe tandem miſcet. In oſtio ſtrictiſſimo, Veſtmoeta *(Finſtermüntz)* dicto, quà iter in Germaniam per Vallem Oenanam eſt, Principes Auſtriæ, Caſtrũ habent, & teloniũm opulentiſſimi proventus. Duos Miniſtrales habent in Civilibus: unus Cathedralium, qui cum tribus Aſſeſſoribus judicat: alter Signoriæ eſt.

Supereſt Vallis Samnitia, ſeu Samnonum: quæ etiam ſuum Miniſtralem in Civilibus habet: in gravioribus Eremuſianos etiam adeunt. Judicium Criminalium, infra & ſupra montem Fulonum, electio ita fit. Communitates quatuor perſonas dignas nominãt: ex quibus Præfectus Oenotrianus, nomine Principis Auſtriæ, poſſeſſoris Comitatus Tirolis, cum conſilio Præfecti Fürſtenburgici, unum eligit. Hi duo Præſides electi, quilibet in ſua jurisdictione, unà cum 12. Aſſeſſoribus, Criminalia judicant. Mulctarum dimidiũ unum, detractis expenſis judiciariis, Præfecto Oeno-

Oenotriano alterum, in duas partes æquales diviſum, Epiſcopo Curienſi, & Communitatibus cedit. Cæterum, omnium bonorum nulla confiſcatio apud ipſos eſt.

Superato monte, in vallem Monaſterii deſcendimus. Nomen hæc à Conventu monialium ſortita eſt; & magnum conventum tota efficit. Dividitur in duas juriſdictiones: quarum ſuperior, in quatuor Vicinias diſtincta eſt.

1. Verſus montem Valderam (unde amnis Ramus profluit, & in Atheſin influit) eſt Cervium, cum Lino & Valderâ, interiore & exteriore: Vallis item cava, Vallis Peſona, & Luſſeium.

2. Sancta Maria, (unde tritum iter, per juga Rhætica, ad proximos Bormienſes eſt) Sylva, Campus, Creſta, Puceium, & Terza.

3. Monaſterium: ubi Cœnobium monialium eſt, à Carolo Magno Imp. fundatum: ei præeſt Abbatiſſa, & ſuum Civilem Miniſtralem in Valle habet: item Ruinatia & Gualdum. 4. Tuberium. (Comites hujus nominis quondam hic ſedem habuêre) Rivera, & Bovilium. Sunt prope & infra Tuberium, in Comitatu Tirolenſe, diverſa caſtra, Curienſis Epiſcopatus feuda: nempe Terra Rotunda, *(Rotund)* Schroffenſtein, Rychenſtein, Rychenberg, Helf mir Gott, (*Deus me adjuvet*) & ſupra Schluderium, Caſtrum Churberg. Tuberiani, in Criminalibus, Auſtriacis parent. In Civilibus, hęc juriſdictio duos judices habet: Miniſtralem, (qui ipſe non judicat, ſed locum-tenenti committit) una cum quatuor Aſſeſſoribus: & Amaldum *(Vicem-gerentem)* cũ quatuor Aſſeſſoribus. Uterque duabus Viciniis præeſt: & Magiſtratus eorum

annuus

annuus eſt, per Vicinias alternatim diſtributus. In Criminalibus, præſidet Amaldus; cui ſex Aſſeſſores adſunt. Miniſtralis, cum Caſtellano Epiſcopi Curienſis, qui in caſtro Fürſtenburgii reſidet, accuſationem inſtituunt, & fiſci partes agunt. Mulctę & expenſæ Caſtellano cedunt. Confiſcatio autē bonorum omnium, locum non habet. In Matrimonialibus, judices & peritiores deputati, Eccleſiaſticorum quoq; conſiliis admiſſis.

Inferior jurisdictio, nempe infra Caſam-Venę, per vicos ſparſa eſt. Territorium cum cauſis Criminalibus, Auſtriaci Principis, Comitis Tirolis ſunt. Cathedrales namq; aliqui, Malii, Laudi, Tarotii, in valle Sulviâ, Borghuſii & alibi habitant. Præſidem, judicem Cathedralem (*Gotshaus richter*) vocant. Ibi prope Borghuſium ſtat Caſtrum Fürſtenburg, quod Epiſcopi Curienſis eſt: & parvâ inde diſtantiâ, Abbatia Monachorum montis S. Mariæ; de cujus fundatione hęc accepimus.

Anno circiter 1104. Eberhardus, frater Hulderici, Epiſcopi Curiēſis, ex bonis propriis Monaſterium Ordinis S. Benedicti, Scolii, in Engadina inferiore, fundavit: quod fulmine abſumptum, anno 1131. ab Epiſcopo Conrado iterum conſecratum fuit.

Anno 1146. Huldericus de Taraſpo, pro redemptione animæ ſuæ, (in juventute enim prædator fuerat) illud ad S. Stephanum, in Vennonibus, ubi latrocinatus erat, trāſtulit. Monachis autem ibi commorantibus, viſione (ut ſcribitur) trium facium ardentium admonitus, in loco montis S. Mariæ, idem fabricari curavit & monachalem habitum ipſe, cum conjuge Uta, aſſumpſit. Ejus effigies, habitu militari, in tumulo picta eſt,

ſta eſt, manu ſchedulam tenens, cui hi incompti verſus ſunt.

Mundani ſpretis, ſumma pro parte quietis,
Prædia ſignata donat Uldericus & Utha.

Olim erat etiam Curia Schanæ apud Atheſinos: ubi Cathedrales aliqui ſedem & juriſdictionem Civilem, præſide judice (*Richter*) habebant: eis autem deficientibus, illa paulatim avulſa fuit.

Situs ratio poſtremo ad Peſclavium nos ducit: quod ultra montem Berninam, (unde fluvius Peſclavinus, qui in Abduam influit, ortū habet) verſus Vallemtellinam jacet. Conventus magnus eſt & ſub Epiſcopis Curienſibus diu fuit: inde avulſum, Mediolani Vice-Comitibus & Ducibus paruit: tandem Epiſcopatui reſtitutum, & in fœdus receptum eſt.

Populus ſe poſt ab Epiſcopatu redemit: & proinde Rempub. ſuam libere adminiſtrat.

Subdividi poteſt in quatuor partes: 1. Peſclavium, amœnus & bene cultus locus, juriſdictionis maxima pars eſt: ubi etiam Typographia viget.

2. Contrata (hoc enim verbo utuntur) interior: ubi loca, Aiumo, Cavalli, Piſcatellium, & Campellum: ibi Caſtrum de Olzate in ruinis cernitur.

3. Contrata exterior: ubi Prata, Campilionum, Motta de Pedenale. Ibi arx & ſedes Præfecti Epiſcopi erat.

4. Bruſium: cujus ſex Cantones: 1. Bruſium ubi Eccleſia. 2. Campaſſium. 3. Salendæ. 4. Le Preſe. 5. Lacus: pulcher, amœnus, & piſcifer. 6. Viannus mons.

In Civilibus, Miniſtralem habent, cum ſex Aſſeſſoribus. Horum judicium ad triginta floren. ſe exten-

dit: exſecutio autem à Prætore Peſclavii petenda eſt.

Peſclavii, res Civiles ſolus judicat Prætor (*Pedeſtà* [illegible] dicunt) qui una cum Cancellario eligitur, & Conſiliariis Eccl. Præſide Prætore, Criminalia & Matrimonialia dirimunt. Conſiliarii autem, cum Aſſeſſoribus, a Decano & Officialibus duobus [illegible] Decanus & Officiales, quorum munus idem quod Quæſtorum eſt, forte eligi ſolent. Appellationes ad [illegible] colas eos referuntur.

In hoc fœdere, Civitas Curienſis, Quatuor [illegible] & Motta vicinia, in Vallienſi ſuperiori juriſdictione, & Averſa, Germanicâ linguâ utuntur: reliquæ juriſdictiones Rhæticâ, Engadini Ladinum vocant, Bregaglienſium tamen & Peſclavienſium, Italicæ linguæ admodum conſona eſt.

PALLADIS RHÆTICÆ
LIBER NONUS.

DECEM juriſdictionum fœdus ita dictum eſt: quod, cum ſeptem tantum Conventus magni ſint, ex his tamen, trium poſteriorum quilibet in duas minores juriſdictiones dividatur: quarum Alvenovana hodie in duas quoque alias ſubdiviſa eſt.

In hoc fœdere, antiquitus nobiliſſima familia Baronum à Vatio, non quidem abſolutum, ſed certis terminis circumſcriptum & moderatum, imperium habuit. Ultimus autem hujus proſapiæ, Joannes Do-

natus, armis (ut ſuo loco recitavimus) clarus, duas filias hæredes, Cunigundam nempe, Comiti Friderico à Tockenburg, & Urſulam, Rudolpho Comiti à Verdenberg, matrimonio junctas, reliquit: atque ita ſucceſſu temporis, totum hoc dominium, in Comitem Fridericum Tockenburgicum, (cujus uxor Cunigundis erat) & ipſum ejus familiæ poſtremum derivatum, iterum coaluit.

Hic anno 1436 ultimo Aprilis die, Ruteni, in pago Tigurino, fatis ceſſit: uxore Eliſabetha ab Amacia hærede ex aſſe inſtituta, quæ ſibi Curatorem, Fridericum Baronem ab Hewen, adhibuit. Ab anno ſequente illa quoque Eliſabetha, Velcurii, ſolenniter omnia bona, hæredibus prædicti Comitis, mariti ſui, renuntiavit. Unde poſtea variè ampla ejus dominia diſtracta fuere.

Octo juriſdictionum dominium (de dominio enim Majevillæ mox ex ordine ſermo fiet) ſibi, tanquam ex parte hæredes, vindicabant duæ ſorores Comitiſſæ à Verdenberg: Cunigundis, quæ Guilielmo, Comiti à Montefort, nupta erat: & Catharina, cujus maritus, Henricus à Sacco, Comes Miſauci, erat: ex quo illa filium ejuſdem nominis ſuſcepit. Juriſdictionem hi Davoſianam, Alvonovianam (ſub altera ſcilicet Caſtri Belloforti, Davoſium ſpectantes: quod per pontem alium terminos ibidem ſtatuit) ac Scavicanam, ad Plaſſuram longum ſitam, multis privilegiis & immunitatibus, anno 1438 in feſto S. Agathæ, die 5. Februarii, ornaverunt.

Poſt Guilielmus, Comes Montfortius, ſolus dominium ſex juriſdictionum adeptus, illud, cum pacto luendi, anno 1459 conſanguineo ſuo, Hugoni à

Monteforti, Rottenfelſi Domino, vendidit: qui anno 1460. Davoſianorum & cæterorum privilegia confirmavit. Hugo jura ſua Sigiſmundo, Archiduci Auſtriæ, tradit: jure etiam recuperandi anno [illegible] a Comite Gulielmo Verdenbergico, empta. Archidux autem hæc omnia, ante prælium [illegible], certo pacto tamē luendi, Ulderico Comiti [illegible] vendidit: qui duas prius juriſdictiones, Caſtrenſem & Accienſem, in Rhætigoja, poſt fata [illegible] Comitis à Tockenburgh, propter matrem ſuam, Margaritam, è familiâ Baronum à Rhetino, ex [illegible] hæredem, jam adeptus erat. Pater Uldericus omne jus ſuū Gaudentio filio reſignat: qui eodem anno [illegible], omnes hos octo juriſdictiones, inter alia, etiam hoc libertatis munere donavit: ut nec ipſe, nec [illegible] heredes ipſius, Præfectum dare valeant: niſi cum conſilio & voluntate prædictarum juriſdictionum.

Anno 1477. Gaudentius jus ſuum Sigiſmundo, Archiduci Auſtriæ, celebratis propterea Comitiis fœderis Davoſii, vendere conſtituit. Sex autem juriſdictiones, ſuper ea re duo reliqua fœdera conſulunt: quæ alienationem diſſuadent, & Legatos [illegible] ex tribus fœderibus ad Archiducem mittunt, eumq; de ſtatu rerum informant: & ut [illegible] a quo animo ferat, cauſis in medium adductis, rogant.

Anno 1478. Archidux Sigiſmundus, ex vigore pacti luendi, dominium totum, ſolutâ oppignoratione, recuperat: ſex juriſdictiones jurant, [illegible] ſis, remittunt. Gaudentius Comes [illegible] & [illegible] cernunt Helvetii, ut mediatores, [illegible] præſtandum [illegible]. Sic [illegible] Sigiſmundo privilegium exemptionis [illegible]

[illegible]

anno, per omne dominium ſuum, pro ſe & ſucceſſoribus, ut & ipſi concedentes conſenſere.

Anno 1489. idem Gaudentius, duas juriſdictiones, Caſtrenſem & Accrenſem, hæreditarias, & quas ſibi retinuerat, eidem Sigiſmundo tradidit: quæ tamen ſuis privilegiis fruitæ, Sigiſmundo & ipſius ſucceſſori Maximiliano, niſi poſt pacem, Baſileæ, inter Maximilianum Imperatorem, & Helvetios ac Rhætos, anno 1499. initam, parere recuſarunt: Præfectum caſtri Caſtrenſis, nomine trium Fœderum, agnoſcentes. Sed demum poſt pacem Baſileenſem, in privilegio exemptionis telonii, exemplo aliarum juriſdictionum, fidem mutavere.

Et ita deinceps ordine Sigiſmundi hæredes & ſucceſſores, ex ſereniſſimâ domo Auſtriacâ, omnibus octo juriſdictionibus, quæcunque eorum privilegia, immunitates, exemptiones & ritus, ſive ſcriptis comprehenſos, ſive bona conſuetudine receptos, plenè confirmarunt: ut eos Maximiliani primi, Caroli quinti, Ferdinandi Imperatoris, & ejus in Comitatu Tyrolis ſucceſſoris filii, Ferdinandi Pulchri, Rudolphi item ſecundi Imperatoris, & Maximiliani Archiducis, fratris hodie regnantis, diplomata ſatis indicant.

Præfectum, ex caſtro Caſtrenſi reſidentem, Principes Auſtriaci, Comites Tyrolis, de conſilio & voluntate populi, vi privilegiorum earum dictarum, conſtituunt. Hic plerunque à populo etiam juramento obſtringitur: ne ſe Reipub. negotiis, præterquam rebus, quæ ſui ſunt functionis, ullo modo immiſceat. In Capitalibus & Criminalibus, perſona rei, in juriſdictione, in qua deprehenſa eſt, capitur. In Rhætigovia ad caſtrum Caſtrenſe, ſi juriſdictioni jus eſſe decernunt, deducitur.

in aliis locis ſui proprii carceres ſunt. Præfectus [illegible] ſcenus: & judex maleficiorum, (quem Princeps Auſtriacus deſignat, cui ſcriba etiam additur) cum decem Aſſeſſoribus, ex quâlibet juriſdictione uno electo, (ex dominio Majævillano etiam duo eliguntur) convocantur: proceſſus deinde (prævia ſemper antequam ad capturam deveniatur, legitima indicia) tam in plano, quam rigido examine, plerumque in præſentiâ Præfecti, inſtruitur; judicio publico, & quidem ſub dio, contra perſonam detentam [illegible] Præfecto: Procuratorem, ex conſeſſu illorum decem, ſubornit: & actionem perſequitur. Rei partes, ex eodem conſeſſu unus aſſumptus, defendit. Sententiam poſtea à judicibus conſcriptis latam, Præfectum mitigare eadem. (adhibito plerumque eorum conſilio) aggravare autem minimè poteſt. Judiciales ſumptus, ex bonis rei, ſi quæ ſunt, ſunt; quibus deficientibus, Præfectus, nomine Principis pendit. Cæterùm confiſcatio omnium bonorum nulla eſt.

Minarum metallicarum juraque earum magna in [illegible] juriſdictionibus copia eſt, Princeps certis circumſcripta terminis, habet, ſuumque judicem conſtituit, qui decimas ex eis exigit.

Quod ſi Principi Auſtriaco, Tiroliæ Comiti, cum unâ vel pluribus Communitatibus, ex octo juriſdictionibus, aliqua diſceptatio intercedat, coram dictâ juriſdictione fœderis decem juriſdictionum perſona, a competente judice, judicatur, neque extra fœdus judicium trahitur.

In Civilibus, in juriſdictione Cœnobiana, Miniſtralem (*Landammann*) quaſi dicas, Regionis Officialem, (quo titulo Præſidentes omnium juriſdictio-

num

num in illo fœdere, præterquam in dominio Majævillano, appellari ſolent) ſibi [illegible] nominat. Ita enim inter Sigiſmundum Archiducem, & hujus juriſdictiones homines, convenit: ut ipſi ab expenſis quas graves, ob diſſidia inter Teutonicos, & Rhætica lingua utentes, ob Miniſtralis electionem, & alia, faciebant, liberarentur, & immunes conſervarentur.

In reliquis duabus Rhætigoiæ juriſdictionibus, ex tribus à Præfecto propoſitis, populus unũ ſibi deligit.

In Alvonovani, (quam nunc Lantianam vocare libet) nempe ab exteriore Caſtri Belloforenſis parte: ut etiam in Corvantiani, & ad S. Petrum in Scanavicà Valle, tres populus nominat: ex quibus unum ipſe Præfectus ſeligit. Jus dicentes autem, ubiq; populus liberè eligit.

Mulctæ, quæ juris & fori Eccleſiaſtici ſunt, in adulteriorum, & aliorum inde dependentium: atq; etiam pœnæ; quas juriſdictiones ipſæ, circa obſervationem feſtorum, [illegible], paſcuorum, & aliorum hujus generis, imponere ſolent, iiſdem illæ cedunt. Cæteræ autem mulctæ, ultra decem aſſes Rhæticos, in Valle Rhætigoiæ, detractis expenſis, a judicibus juriſdictionis ſcitis, (quibus etiam poteſtas eſt, eas nominandi & exprimendi) Præfecto accedunt. In reliquis tribus, Belloforenſi nimirum, ab illius caſtri parte exteriore, Corvantiani & Scanavicani ad S. Petrum, juriſdictio, quæ illas exprimit, ſi ultra decem aſſes ſint, (infra enim ſolius juriſdictionis ſunt) dimidiam illarum partem Regioni, alteram Præfecto adjudicat.

Davoſiani autem, Longopratani in Valle Scanavicà, & Alvonovani, ab interiore Caſtri Belloforenſis

parte,

parte, (qui Bellofortenſes, ex vigore privilegiorum veterum, ſibi à Catharinâ & Cunigundâ, Comitibus à Verdenberg, anno 1438. conceſſorum, anno [illegible] in contradictione cum Legatis Principum Auſtriæ, Tirolis Comitum, judicio, in eandem libertatem qua regio Davoſiana fruitur, vindicavêre) ſuos Magiſtratus ipſi eligunt: omniſque generis maleficia [illegible] graves, utpote carcerationis, privationis & [illegible] honoris & famæ graduum, & alias quaſcunque, præter ſanguinis pœnam, liberè, abſque Præfecti aut aliorum interventu, quælibet in ſua juriſdictione, imponunt & exigunt.

Cauſas Matrimoniales, in toto decem juriſdictionum fœdere, ſeptem delecti judices, ſecundum certas conſtitutiones & articulos, anno 15[illegible] die [illegible] Febr. Davoſii conditos, dijudicant. Perſonas [illegible] eccleſiaſticas, (ut in trium Fœderum generalibus Conſtitutionibus diximus) conſulere in gravioribus ſolent. Controverſiis & litibus de communibus terminis incidentis, & paſcuis, aliiſque ad juriſdictionem pertinentibus, aut inde dependentibus, inter duas diverſaſve Communitates, aut etiam inter perſonas privatas, & Communitatem aliquam, obortis: Ordines decem, (*die Zehen gericht*) ex toto fœdere, plerumque conſcribi ſolent: hi in loco litis congregati, præſidem inter ſe eligunt: hocque ſummario judicio dirimunt. Quod ſi in aliqua juriſdictione, ordinationum jus-dicentium major pars, vel etſi actoris aut rei, vel partibus litigantibus ſanguine aut affinitate juncti fuerint, ut jus dicere ipſi non debeant, præjudicio integro, à proximis juriſdictionibus, tam interiore, quàm exteriore, quinque adjunctos, aſſumere

ſolent

ſolent, & hi quinque Peregrini (*die fünff Frömbden*) vocantur.

Juriſdictionum autem hujus fœderis, ſecundùm præeminentiam & ſitum, hic ordo eſt.

Prima Davoſianorum regio ſe offert. Nomen hoc *Davós*, quod Rhæticâ linguâ *retrò* ſonat, inde habet; quod retro nemora opaca, in alto & ſolitario loco ſita ſit. Valtherus ſenior Baro à Vatio (cujus dominium amplum erat, atq; inter alia etiam Rhætigojam, Scanavicam & Bellifortenſem Vallem, quæ Davoſio à tribus partibus contermina ſunt, tenebat) ſitum horum locorum, fluminis etiam, quod ſe in plano Alvi-Novi, cum Albulâ jungebat, ſcaturiginem, cognoſcere volens, cum venatoribus ſuis, quorum aliquot etiam ex Viberis, Valeſiæ populis, habebat, quotidiè (uti tunc moris erat) etiam præruptis quibusque in locis, ſe exercebat. Horum aliqui, fluminis veſtigia ſectati, ad planitiem ſatis amplam, laricibus & abietibus undique refertam, deveniunt: moxque progredientes, lacum admodum amœnum, & piſciferum inveniunt. Inventa læti domino ſuo referũt. Baro, dilatandi imperii & finium cupidus, duodecim ex Viberis, frugalioribus, & aëri frigidiori magis aſſuetis, muneris loco, ſolitudinem hanc excolendam, jure feudi, (nulla tamen ſuper eo facta ſcripturâ, quæ extet) donat. Horum igitur villicorum quiſque locum magis ſibi aptum, cum familiâ aſſeclis, occupat. Prima hæc regionis habitatio, circa annum Domini 1250. contigit. Creſcente verò ibi populo, & aliis ad eos migrantibus, cum regio magis magisque excoleretur: Hugo Comes à Verdenberg, & Joannes Donatus ac Valtherus junior, fratres, à Vatio; Hugonis avunculi, & præ-

dicti Valtheri ſenioris omnes tres legitimi hæredes: Vilhelmo (quem illi Miniſtralem præfecerant: quoq; officio eo fungeretur, donec ſociis ſuis collibuiſſet: in poſterum quoq; liberâ eligendi poteſtate populo conceſsâ) & ſociis ipſius, in perpetuum feudum, bona Davoſii, prout eos patruus Valtherus in poſſeſſione collocaſſet, concedunt: reſervato & conſtituto ſibi annuo cenſu, qui ex caſeo, panno patrio, & ovibus conſtabat; vel horum loco, certâ ſummâ librarum mezanarum. Hodie exactor Principis, judex Maleficiorum & Minarum, exigit. Viginti quatuor libræ Rhæticæ ſunt: quæ viginti ſeptem florenos Rhenenſes, & ſex bacenos circiter, faciunt: ita certis prædiis impoſitus cenſus eſt: quo non ſoluto; nullus tamen caducitatis aut devolutionis locus eſt: ſed à Præſide regionis pro ſummâ non ſolutâ, de pecudibus ſuis, pignus acceptum ſervatâ juris formâ, exactor Principis (ut privilegium feudale ſonat) exiſtimare debet. Qui lacum tenuiſſent, certam piſcium ſummam, mille videlicet, tempore Bachanaliorum quotannis ſolvere tenebantur; aut pro quibusque centenis, libram unam mezanarum luere. Hodierno tempore, Princeps Auſtriæ & Comes Tirolis, utile dominium lacus, etiam ex jure emptionis, ab Archiduce Sigiſmundo acquiſito, poſſidet. Super his enarratis monumenta extant tabulis conſignata, anno 1298. in feſto S. Bartholomæi.

Situs hujus regionis, etſi excelſo & frigido admodum loco ſit, ita ut, aſpero hyemis tempore, duo tantùm itinera (unum, quo ad Rhætigojos, [*Stitz* dictum, quaſi Clivus] alterum, quo ad Alvonovanos (*Zug*, i. e. Sylvæ deſcenſus) tenditur) ſint pervia; cæ-

tera

tera undique altiſſimis montibus cincta: unde labinæ (niveam molem, ex monte præcipitem ruentem, ita vocamus: quarum lib. 2. in verſibus Claudiani, mentio facta eſt) plurima damna, adeoque mortem ipſam, hominibus, ac pecudibus, inferre ſolent: lætus tamen, excultus & jucundus eſt, ob amœnos duos lacus, piſcibus præcipuè auratis (Tructæ minores ſunt) refertiſſimos; pulchra item prata, & fœcundas in alpibus pecudum ſtationes: quæ maxima populi merces eſt. Sunt etiam in hac regione fodinæ metallicæ, argenti, cupri & plumbi, frequentes; modò rectè excultæ eſſent. Regio tota, quamvis eodem Parocho, Magiſtratu & jure utatur; commoditatis tamen ergò in duos cenſus (*Schnidt.*) ſuperiorem & inferiorem, Templo parochiali, D. Joannis Baptiſtæ, (ubi Curia & congregationum omnium locus eſt) terminum ſtatuente, dividi ſolet. Sunt deinde tria alia templa, in ſuperiore cenſu, S. Theodori, cui vicus aliquot ædium (qui pagi nomen habet) propè adeſt: in inferiori, B. Virginis Mariæ, & S. Nicolai. Viciniæ totius juriſdictionis viginti ſunt: habitationes enim pleræq; ſparſim pro commoditate prædiorum fabricatæ, viſuntur. Convalles à Meridionali latere quatuor habet, hyberno etiã tempore habitatas: 1. Diſma eſt: unde ex monte Scaletta flumen oritur: quod graves viri ex Rheni fontibus unum eſſe contendunt: & ædes aliquot, ad ejus ripam ſitæ, ad Rhenum etiamnunc vocantur. 2. Vallis Flocla eſt. Hæ duæ cenſus ſuperioris ſunt. 3. Sertiga: ubi balneæ ſalubres ſunt: uti etiam in loco Spina dicto. 4. Monſteina: ab altera parte, ſolitudo, Eroſa appellata, monte interpoſito, jacet: quæ Davoſianæ juriſdictionis eſt.

Hæc juriſdictio magna, cùm Caput totius fœderis ſit, cujus congregationes omnes (uti omnium etiam Fœderum, ſuo ordine) ibidem celebrantur, omniaq; privilegia generalia fœderis cuſtodiuntur; proinde etiam Præſidem, Vexillarium, Cancellarium & Præconem fœderis, ſola eligit. Electio Magiſtratus in feſto Georgii fit. Senatus, quod Conſilium magnum vocant, octoginta duobus conſtat: ad quos etiam in electione Landtammani, (ita Præſes vocatur) & Magiſtratus, triginta octo ex populo, ad ratam & contingentem partem, ſecundum vicinias, aſſumuntur. Hi ergo centum & viginti, vota ſua primum ferunt: poſtea tres pauciores ve, plurium ſuffragiis deſignati, populo proponuntur. itaque quilibet ex populo, ad Landtammani, judicis Matrimoniorum, Vexilliferi, & Officialium apud ſubditos, ſuffragium ſuum conferre poteſt. Senatum Majorem & Minorem, Cancellarium, Vice-Cancellariũ, & Apparitores, ſoli illi 82. vi auctoritatem eligendi habent.

Ex Senatu majore, deliguntur quindecim qui Conſilium minus conſtituunt; & res Civiles, præſidente Landtammano, dijudicant. Conſiſtorium Matrimoniale (ut monuimus) ſex Aſſeſſores cum Præſide, ex numero 82. ſelectos, habet. Appellationes nullæ ſunt: ſed in cauſis gravioribus ſubinde Conſilium majus conſulitur.

Davoſianos proximi ſequuntur Rucantii (hodie, qui à Clusâ Caſtri Fragſtein interius habitant Rhætigoi dicuntur) qui cum Corvantiis (teſte Strabone libro 4.) inter Rhætos, ſicut inter Vindelicos Licatii, Clautinatii, & Vennones, omnium ferociſſimi habiti ſunt. Rhætico mons, (Pomponio Melæ, libro 3. me-

mora-

morabilis) hic incipit: indeque vallis Rhætigoja, ex Rhætico & Germanico conflato nomine, dicitur. Extendit ſe mons iſte, ſecundum longitudinem, uſque ad Eſtiones: ab altero illius latere, Vallis Druſianæ incolæ habitant. Medium hanc Vallem ſecat flumen Langarus: quod in ſummitate & cornu altiſſimo Rhæticonis, (*Selva-Rhætia*, quaſi Sylvâ Rhætiæ, dicto) retro Vallem Montis-Belli, exortũ, Rheno, prope pontem inferiorem telonii, in confinibus Rhætiæ confœderatæ, ſe miſcet.

Secunda ergo fœderis hujus juriſdictio magna, eſt Cœnobians, Vallis Rhætigojæ: à Monaſterio Ordinis Præmonſtratenſium, ad ædem D. Jacobi olim ſito, nomen adepta. Anno 1526. Bartholomæus Bilgerus, hujus Cœnobii Præpoſitus, Reformatæ religioni ſe addixit; & uxore ductâ, Curiam, in patriam conceſſit. Monachi etiam dilapſi ſunt. Dividitur in duos cenſus: Interior eſt ille, qui Davoſio magis vicinus eſt: hicque in tres iterum tertias, ſeu vicinias, ſubdiviſus eſt. Primam, à Monaſterio infrà habitantes (ubi mons Bellus, & in deſcenſu collis à proximis Davoſianis balneæ admodum ſalubres ſunt) conſtituunt. Secunda, Ganda dicitur: ubi Vallis *Sylva-pinea* eſt; iterque tritum ad proximos Vallis-Druſianos. Vallicula hæc iiſdem privilegiis & immunitatibus, quibus regio Davoſiana, uti poteſt: prout ſuper ea re monumenta in ſcriptis extant. Tertia, eſt Serneuſium vicus, ubi balnea bona ſunt: item Fovea, ubi Turris, Badino dicta, in ruinis cernitur: Gulfia & Media ſylva.

Exterior cenſus, tria loca præcipua habet: Saxum, quò ſpectat Prada: Contrum, quod è conſpectu ſitum ſit, quo pratum rubeum pertinet: & Conuallium,

(*Kublis*) ubi turris ejusdē nominis ſtat: quo pertinent loca Delphiſium, prope quod Caſtri Sounis rudera cernuntur: & Plaveginum: pars item Vallis S. Antonii, quæ eſt à flumine Dalvatiâ interior. Landammannus eorum (qui cum 16. Aſſeſſoribus res Civiles adminiſtrat) alternatim per cenſus; ſicut & in ſequentibus duabus juriſdictionibus hujus Vallis, ſecerni ſolet.

Tertia in ordine, eſt Caſtellenſis juriſdictio magna, per flumen Dalvatiam à priore diſtincta. Nomen habet à Caſtro ibidem, (quod vulgò *Caſtels* dicitur) prope vicum Puteum ſito: habitatio, ut dominus, eſt Præfecti ſereniſſimi Archiducis Auſtriæ, Comitis Tirolis. Duos cenſus & iſta habet: flumine Langaro terminum faciente. Ad ſecundam ejus ripam, circa præcipuæ Communitates ſunt: Prima eſt Lucianum, (*Lutzein*) prope quem vicum, Caſtrum Stadionum in ruinis jacet, unde celebres Germaniæ Nobiles orti ſunt: item Pinetum (*Pany.*) Secundā conſtituunt Puteum & Puſcam, ſeu Pagetum. (*Zur Buchen.*) Tertia eſt pars incolarum Inalpinorum Vallis S. Antonii, ut, ſupe à flumine Dalvatiâ extrorſum.

Translangerani, ſunt aliæ tres Cōmunitates: 1. Conatium pagus; ubi rudera arcis Caſtellini cernuntur. 2. Fideriſium, ubi Caſtrum Valerium fuit, cum Stralegco pago: cui alias arx dirupta nomen dedit. In prædicta Fideriſii vallicolâ, acidulæ ſunt; quæ nomen pagi retinent; cardiacis & ictericis, aliisque internis morbis maximè conducentes, & à totâ circumvicinâ regione frequentatæ. De illarum viribus, elegans ſcriptum Jacobus Eckholdus, Medicus Lindavienſis, edidit. In planitie etiam, Ovii dictâ, balnea ſulphurea [illegible]. 3. Eſt locus montanus, cui Furna nomen, ab aquâ præ-

terluente: ſive à furno, cujus formam refert. Miniſtralis in rebus Civilibus, tredecim Aſſeſſores habet.

Adeſt quartus Conventus magnus, Accrienſis & Lacupratenſis appellatus: cujus duo etiam cenſus ſunt.

Accrienſis in ſe comprehendit, Accrium, *(Schiers)* ubi torrens Schraus præterfluit. Caſtrum fuit ſupra Montaſium. In monte eſt Mariæa, Montanea, Ficta, Puſſerrinum, Schuderium: & in planitie, pagus Grucium: cui deſtructum caſtrum Sola-verſa olim imminebat.

Lacupratenſis vero cenſus, in monte ſitus eſt: ubi pagus Lacupratum, *(Seewyß.)* Eſt ibi etiam locus in alpibus, Cavy dictus, balneis admodum ſalubribus, fœminis præſertim ſterilibus, celebratus.

Sequitur Penaſium, & in tractu Trans-Langerano, ad ſiniſtrã ejus ripam, Vallis ſana; prope cujus ingreſſum fuit Forathrium, Caſtellonum dictum. Miniſtralis illic, cum quindecim jus-dicentibus, controverſias Civiles dirimit. In hoc Conventu magno, Collegium Curienſe Curtem habet: cujus homines Capitulares vocantur: his Ammanum, ſeu Miniſtralem, in Civilibus, ex ipſiſmet, Præpoſitus Collegii Curienſis præficit: cæteros Aſſeſſores ipſi inter ſe eligunt. In Criminalibus vero & Matrimonialibus, eodem jure, quo reliqui juriſdictionis homines, utuntur.

Vallis Rhætigoja aſperrimis montibus undiq; circumdatur: in cujus exitu, ad proximos Malanſianos, Cluſa eſt, (ita enim propriè vocatur) oſtium ſanè ſtrictiſſimum: ubi quondam Fortalitium, Fragſtein dictum, ſtetit.

Superatâ Cluſâ, in dominium Majevillanum venitur.

tor. Hoc antiquitus etiam Barones a Vazio Dominum agnovit: inde per hæreditatem, uti diximus, ad Fridericũ Toggenburgicum, uxoris Cunigundis nomine devolutum. Poſt fata autem Friderici, Comitis à Toggenburgh, hujus familiæ ultimi, ad Volfgangum Brandiſium, per uxorem ſuam, Verenam a Verdenberg, dicti Comitis ex parte hæredem, devenit: à cujus poſteris, Joanne Brandiſio, Præpoſito Curienſi & Canonico Argentinenſi, atque Rodolpho Comite à Sulz, tria Fœdera Rhætorum, hocce dominium, anno 1509. perſolutis 20000. florenis, emere: eodem tempore illi privilegia ſua confirmavere. Minorem autem juriſdictionem, cum ad eam pertinentibus, quæ Malanſii & Geminſii eſt, eadem tria Fœdera à Joanne à Marmore, Rhætii domino, anno 1537. pretio circiter 1000. florenorum, comparavere. Præfectum (*Landtvogt*) in caſtro Majavillæ reſidentem tria Fœdera, ſicut in alias præfecturas, quoque biennio deſtinant: unde nec ipſe Conventus magnus dominus Majævillani, ſuo ordine excluſus eſt. Mulctas ille & reditus publicos exigit, aliasque etiam prævenientias, ut poſteà dicemus, habet. Regionis tractus amœnus & fertilis eſt: ejusque vina præſertim Faliſcenſia, præ omnibus Ciſalpinis palmã ferunt. Dividitur in duos cenſus. Prior, Malantiũ: ubi proximo in monte, trium Caſtrorũ, Im Ruchenberg, Clingenhorn, & Vinteck, rudera viſuntur. Malantiani vero ſuum judicem (*Richter*) cum 12. Aſſeſſoribus, in Civilibus habent: quem ex tribus a populo propoſitis, Præfectus nominat. Et Geminſium (ſupra quod in monte Caſtrũ Aſpermontum adhuc ſtat) ſuum in Civilibus judicem, cum 12. Aſſeſſoribus, habet: cujus electio eadem, quæ Ma-

lanſii

lanſit eſt. Mulctam de paſcuis & inciduis, uſque ad libram Rhæticam, ſtatuere poſſunt: ac de mulctis novis dimidium accipiunt. Mulctæ vero veteres Præfecto, trium Fœderum nomine, cedūt. Alter cenſus, eſt oppidum ipſum Majavilla: quam ſic à Maja, Mercurii matre: quæ apud paganos ibi colebatur, dictam ferunt. Antiquitates Epiſcopatus Curienſis, Lupinum vocant. Ad oppidum pertinet Falliſcum, (ubi balnea) Rovena, Mons-vicus item Guſcla, Sturvis, & Clivus S. Lucii: ubi in monte fuit caſtrum Graffenberg.

Civitas ſuum Senatum habet, qui graviora negotia publica adminiſtrat. Huic præſidet Prætor Urbanus: (*Statvogt*) eique aſſident duodecim Senatores. Prætorem autem annuatim Præfectus trium Fœderum, ex Senatu, ſeligit. Cauſæ civiles, ab eodem Prætore, & 12. jus-dicentibus, dirimuntur. Ac ſæpenumero fit, ut quis unus & in Senatu, & in judicio Civili locum habeat. Appellationes Civiles ad Præfectum deferri poſſunt: ita ut brevi temporis ſpatio exſecutioni mandentur. Habet deinde Civitas Quæſtorem, qui Ædilis etiam munere fungitur: & Miniſtralem urbis, qui livellorum oppidi curam gerit. Mulctæ de paſcuis & inciduis, Urbis ſunt: ſiquidem decem aſſes Rhæticos illæ non excedant. In reliquis etiam, quibus ſanguinis pœna non irrogatur, certam ſuam portionem habet. In Criminalibus, captivi ex toto dominio in Caſtro Majavillæ cuſtodiuntur. Prætor Urbanus, cum 12. ejuſdem Senatus, quinq; item Malantianis, tribus Genninienſibus, ac duobus Faliſcenſibus, convocantur: qui capitales cauſas dijudicant. Præfectus ſententiam ſi cum mitigare poteſt. Confiſcatio bonorum, trium Fœderum eſt.

Sexta juriſdictio magna, eſt Alvonovana, cum Corvantiana. Alvonovana dicta eſt, propter alveum, ſub vico Alvinovo, in planitie ſcaturientem: ubi balnea ſulphurea optima ſunt, mulieribus & febre diuturnâ laborantibus maximè conducentia. Cæterum, in quinque Sortes, ut ipſi vocant, ſubdiviſa eſt. Ex eis Alvinovum pagus, (ubi turris ejuſdem nominis fuit, quæ concidit) cum Vicinantia Cieſâ in planitie, duas (Ferrara & Tainum, *(an den Wyſen)* unam conſtituunt. Tres hæ ſortes, ſuum Miniſtralem & ſeptem Aſſeſſores, in Civilibus habent. Caſtrum Belloforte proximum eſt, inter Alvonovum & Brienzolum ſitum, & hanc juriſdictionem diſtinguit.

Brienzolum porrò, ubi turris Portarum fuit, cum Vazerolo: quo loco quondam ſchola literaria extitit; unde etiamnum hodie Scholare dicitur: ibidemque tria Fœdera (ut ſuo loco cõmemoravimus) primo juramento ſeſe conjunxêre: & Supra-aqua ſeu Molendina etiam ſortem unam faciunt; & pagus Lantium, alteram conſtituit. Hæ duæ ſortes, ſuum quoque Miniſtralem, cum 12. jus-dicentibus, in Civilibus, habẽt. Atque in his pagis habitabant multi, Cathedrales dicti; quorum apud Bergunienſes facta mentio: eodemque foro Civili, Matrimoniali, & Criminali, cum hac juriſdictione utuntur. Per Planitiam Lantii (ut appellant) venimus in Corvantianam vallem, quæ quatuor Vicinias habet: 1. Parpanum, ſeu Parupenum. (ut habent antiquitates.) 2. Vicinia Monaſterii Corvantienſis, cum Montanis accolis. Hic Conventus Ordinis Præmonſtratenſium fuit, tempore divi [illegible] Imperatoris Friderici primi Barbaroſſæ, & Conradi ſecundi Epiſcopi Curienſis, anno videlicet Domini [illegible].

[illegible]

fundatus, à Rodolpho ab Aquâ-rubeâ Rhæto: qui cum militiam exercens, vitam diſſolutam diu egiſſet: tandem Eremuſium, in Engadinam inferiorem, ad S. Florinum, venit: quo magnæ tunc peregrinationes fiebant. Ibi mulierem, à Dæmone obſeſſam, vidiſſe ſcribitur, quæ per ſonum fidicinis liberata fuerit. Pœnitentiâ & ipſe ductus, per ſeptennium ſe aſperitate vitæ maceravit: & octavo anno, Hieroſolymam adiit. In reditu, Brunduſii, comites nactus, Gerardū, Ebem & Adelouem; cum illis ſe in ſylvam hanc opacam, (ita inſomniis monitus) ubi multi viatores à latronibus ſpoliabantur ac trucidabantur, contulit; tranſeuntibusq; auxilio fuit: tandem Elvangæ mortuus eſt; cùm bona quædam, à milite, è Thuringorum gente, qui in Monaſterio obierat, teſtamēto legata, repetere vellet.

Sub Priore primum Monachi vixêre: poſt in Abbatiā converſum Monaſterium fuit: quod anno 1407. igne abſumptum, per Abbatem Ludovicum reſtitutum eſt. Anno 1616. primo ibi Reformatæ Religionis miniſtri concionari cœperunt.

3. Vicinia, pagus Umbelicum eſt: hodie corruptè Malis vocant: ibi prope Caſtrum Strasberg, jam deſtructum, unde juriſdictio olim, dominium de Strasberg, appellata fuit.

4. Schiersh eſt in monte verſus vallem Scanavicam ſita. Flumen, quod Corvantianam vallem præterfluit, Rabioſus dicitur: ſeque Pleſſuræ miſcet. Miniſtralis, Civiles cauſas, cum duodecim Aſſeſſoribus, dirimit.

Septimus Conventus magnus, Vallis Scanavicana eſt: in juriſdictionem ad S. Petrum, & Pratum longum diſtincta. Prior illa, octo Vicinantias habet: quarum prima, in ingreſſu vallis, eſt Maladrium: proxima,

Capreſium; ubi Caſtrum Berneck ſtetit: tertia, Caſtellum, ſeu ad ædem S. Georgii: quarta, Leuveſium: quinta, ad ædem S. Petri, ubi Parochia eſt: ſexta, Papicum: ſub quo rudera Caſtri Sumeroviæ cernuntur: ſeptima, Molendinum: (*Malnes.*) octava, Peiſium: ubi quondam arx Subvia (*Underwegen*) ſtetit. Civilia Miniſtralis, cum 12. Aſſeſſoribus, judicat.

Altera juriſdictio Longa-pratana eſt: & hæc in quatuor vicinias diviſa: 1. Longum pratum; ubi Parochia eſt. 2. Fæntejum; ſolitudo amœna. 3. Sepunô & Cupæ: ubi ex monte Strelà (qui Davoſium & Vallem Scanavicanam interſecat) flumen oritur, Pleſſura, Vallem hanc præterfluens, & Curiam civitatem alluens; poſteaque ſe Rheno miſcens. 4. Prata, ſeu Pradella eſt, à cæteris diſſita: nam Molendinenſium, Scanavicanæ anterioris, & Schierſienſium, Corvantianæ juriſdictionis territorium, interjacet: cauſas Civiles Miniſtralis, cum duodecim Aſſeſſoribus cognoſcit.

Totius Fœderis decem juriſdictionum Incolæ, Germanicâ, & vera antiquâ Celticâ linguâ utuntur: præterquam in Bellofortenſi juriſdictione: ubi tamen Ferrara & Tainum etiam Germanicè loquuntur.

Liberum Dominium Haldenſtein, (*pendens petra*) à Caſtro ibidem nomen habet: intra confœderatæ Rhætiæ fines ſitum eſt, ad ſiniſtram Rheni ripam, vix decem ſtadiis ab urbe Curienſi diſtans. Trium Fœderum Rhætorum patrocinium agnoſcit.

Nobilitas prima, quæ hic cum Imperio viguit, ab Haldenſtein dicta fuit. Poſtea vero etiam vicino Caſtro Liechtenſtein acquiſito, aliqui hujus familiæ nomen & cognomen ab utraque illa arce traxere.

Mateu-

Maſculâ progenie extinctâ, in Annam Ulderici filiam unicam, jus totum dominii devolutum fuit: quæ, licèt ad ſecunda etiam vota tranſiiſſet; liberos tamen nullos peperit. Poſterior ejus maritus, Chriſtophorus à Hertnegg, cum hæredibus uxoris, anno 1404. coram Joanne Comite à Lupfen, Landgravio Stülingæ, Auſtriacorum Velcuru Præfecto, aliiſque Nobilibus, ſuper prætenſionibus ſuis, in judicio egit, cui 600. libræ, quas ex patrimonio ibidem habebat, adjudicatæ: dominium autem ipſum cæteris hæredibus liberum dimiſſum fuit. Hæredes vero erant: Valtherus ab Hallvilâ, Annæ ab Haldenſtein frater uterinus: Gottofridus ab Amiſio, cujus uxor Margarita ab Haldenſtein erat; Burckardus à Schovenſtein, hujusque ſoror Anna, Itelii Plantæ uxor.

Sed & inter hos controverſia mox orta eſt. Valtherus enim Hallvilius, ſolus, tanquam frater uterinus, hæreditatem prætendebat; juraq; dotalia matris ſuæ petebat. Anno ergo 1419. à judicibus utrinque delectis, dominium hæredibus ſæmineis adjudicatû fuit: Valthero verò, pro omnibus juribus & prætenſionibus ſuis, 400. floreni dati. Hartmannus quidem Epiſcopus Curienſis, dominium, tanquã feudum Epiſcopatus, ſibi vindicare contendebat: ſed poſſeſſionem nunquam adiit. Tandem vero, ſucceſſu temporis, per juridicam diſceptationem, coram judicibus triũ Fœderum inſtitutam, à prætenſione feudali Epiſcopi, dominium abſolutum fuit.

Gottfridus ab Amiſio, ex uxore Margarita, duas filias habuit: Urſulam, Petro à Gryphenſee nuptam; & Gutam, Friderici Venatoris, à Marrano dicti, uxorem. Petrus primum à Gutâ glore ſuâ, omne jus quod

illa in dominio habebat, anno 1415. Velcurii emit: deinde etiam hæredum Itelii Plantæ, & Burchardi à Schovenſtein jura, anno 1424. acquiſivit: atque ita ſolus dominium poſſedit. Huic filius Rudolphus ſucceſſit: quem ſecuti ſunt tres filii, Joannes, Joannes-Huldericus, ac Joannes-Rudolphus. Poſt horum obitum, cùm debitis immenſis bona ipſorum gravata eſſent, Curatores dati, qui in Comitatu Sarunetum erãt; (fratres enim a Gryphenſee apud Flumianos ſedem habuerãt) dominium Haldenſtein, anno [illegible] Henrico Ammano, Civi Curienſi, & Epiſcopi ibidem Cancellario, vendiderunt. Cujus hæredes, jura ſua Rodolpho à Marmore tradiderunt. Hic nepoti ſuo, Jacobo à Marmore, anno 1529. illa dedit: à quo ad Joannem Jacobum Caſtilionæum, Regis Francorum in Rhætiâ Legatum, dominium pervenit: qui magnificum ibidem palatium exſtruxit. Illi, anno 1565. ſucceſſit frater Franciſcus, Mediolani degens, cujus hæredes fuerunt, Cornelius & Vitellianus de Boſſiis, Mediolanenſes: qui jura ſua pro 3200. florenis, Capitaneo Gregorio Carolo ab Alto Balcono, renuntiavêre. Hic, anno 1568. die 5. Febr. dominiũ hoc trium Fœderũ patrocinio inſinuavit: quod, poſt ipſius fata, nepos ejus ex fratre Franciſcus poſſedit: iſte dominiũ Jo. Henrico Heinzelio à Daegerſtein vendiderat: ſed cùm hic in ſolutione deficeret; Franciſci hæredibus illud reſtitutum fuit: qui omnia jura ſua, Thomæ de Schovenſtein, ab Ehrenfels, J. U. D. & Equiti aurato, vendiderunt: atque ita dominium ad familiam Schovenſteinianam rediit.

Thomas, ob eximias virtutes, ab Imperatore Matthiâ, anno 1612. Liberi Baronis titulo, pro ſe & po-

ſteri-

ſteritate ſuâ, quo majores ejus ab Ehrẽfels antè frue-
bantur, decoratus fuit: multaque alia privilegia & ju-
ra, aſyli nempe, nundinarum celebrandarum, & mo-
netæ cudendæ, accepit.

Cæterum, territorium ipſum fertile eſt: pagus olim
Lantium inferius vocatus, ab imminente caſtro, Hal-
denſtein nomen recepit. Non longè ab eo, in ruinis
cernuntur arces, Liechtenſtein & Crottenſtein: ſunt
etiam in hoc dominio, vicinia Oltis, & duo montes
cum incolis: unus, Solatium, quem Baro ipſe tenet:
alter, Sevils: & propter familiam quandam, Battagna
etiam dictus.

Liberum Domini imperium eſt: isque decimas,
tàm majores, quàm minores, exigit. In Magiſtratu in-
feriore creando, hic ordo ſervatur. Subditi tres illo-
rum, qui ſervitutis corporalis vinculo Domino obſtri-
cti ſunt, nominant: ex quibus ipſe unum eligit, quem
illi Præfectum (*Vogt*) vocant. Hic, cum decem Aſſeſ-
ſoribus, cauſas Civiles & Matrimoniales dirimit. Ap-
pellationes ad Dominum deferuntur. In Criminali-
bus, adjunctos ex civitate Curienſi, & proximis Tri-
montianis, plerunque aſſumunt. Gratiam, in
mitigandâ ſententiâ, impertiri Do-
minus valet.

PAL-

PALLADIS RHÆTICÆ
LIBER DECIMUS.

POST ſuccinctam trium Fœderum Rhætiæ dominantis adumbrationem, amœnum quoq; Subditorum ipſorum Transalpinorum tractum pari brevitate deſcribi, ſeries hiſtoriæ requirit. Prima ergo, propter pulcritudinem & feracitatem, Orbi notiſſima eſt Vallistelina; ſic à Caſtro eminentiſſimo, Tilio, denominata: quanquam aliis etiam derivationibus nomen hoc à quibusdam deducitur. Vallem enim hanc primò habitatam tradunt, anno poſt diluvium 675. ſub Cambo Blaſcone, & aliis Principibus Hetruſcis, Vallemq; Tyrrhenam, à Tyrrhenis Hetruriæ populis, dictam fuiſſe: à quibus Civitas eximia, Volturena nomine, in infima Vallis parte, ipſisq; faucibus Lacus Larii (quæ Hetruſca etiam vox eſt. Larius enim ipſis idem, quod nobis Princeps) ædificata ſit: indeque illuſtres ejus habitatores, Volturrheni Patres, in hiſtoriis vocati. Plinius eos Vennonetes libro 3. cap. 19. indigitat: unde corruptè poſteà Veltolini dicti. Lingua eorum propria, (quæ Italica eſt) *Valtelina*, regioni nomen eſt.

Rhætorum Inalpinorum Imperio primo adjecta fuit, cum illi fines ſuos, Comum & Tridentum verſus, dilatarent: eorundem incolarum, contra P. Silium & Druſum, opera etiam uſi, uti primo libro diximus.

Impe-

Imperio pòſt Romano, cùm Rhætia in provinciam redigeretur, etiam Volturena ceſſit.

Sed cùm in ipſis Italiæ finibus ſiti eſſent Voltureni: ab irrumpentibus Barbaris & Allemannis multa perpeſſi; paulò pòſt Gotthorũ furori expoſiti, mox Longobardos imminentes ſunt experti: quibus per Francos domitis, quietiorem ſub his vitam duxere. à Saracenorum tamen devaſtationibus, immunes eſſe non potuêre.

Imperii Romani rebus in Italiâ nutantibus, peſtiferis factionibus Guelphorum & Gibellinorum plurimùm etiam vexati fuêre. Comenſium inde, Vittanorum & Ruſcanorum, diſſidia, Mediolani Turrianis & Vice-Comitibus ſe invicem lacerantibus, ſtatum Volturenæ, quæ Comenſi Civitati annumerabatur, admodùm miſerabilem reddidêre.

Poſt multa tandem Vice-Comites rerum potiti ſunt: eosque ſubſecuti Sfortiani. Horum ſub regimine, Capitaneus Vallis, Trixivii ſedem ſuam habebat: qui medio Tertiario præerat, Vicariumque Legumperitum, Aſſeſſorem, & Cancellarium, (ſicut etiam duorum aliorum Tertiariorum Prætores ſuos ſibi aſſciſcebant) atq; Collateralem, cum quindecim ſatellitibus à latere ducebat: atque ita res Civiles & Criminales, (quemadmodum Prætor Tirani, in ſuperiore Tertiario; Prætor Morbenii, cujus ſedes primo Coſii erat, in inferiore) adminiſtrabat. Appellationes Mediolanum ad Senatum deferebantur. Si quæ ſuper illorũ adminiſtratione ſubditorum eſſent gravamina: ſenis menſibus Cenſores & Syndici aderant. Magiſtratus ipſorum annuus erat.

Cani etiam Rhæti, jurium ſuorum & priſtini domi-

nii non obliviſcebantur: quæ donatione Maſtini, Barnabæ filii, aucta erant. Res ita ſe habet.

Joannes Galeatius, Galeatii 2. filius, Vice-Comes, patruum ſuum Barnabam carceribus addixit, & ejus dominia occupavit. Barnabę filius natu minimus Maſtinus, (cui pater anno 1379. Brixiam, Ripam Salodii, Vallem Camonicam, Vallemtelinam, Comitatum Clavennæ, & Bormium, ante captivitatem ſuam, cum partem dominiorum inter filios diſtribueret, dederat) Curiæ Rhætorum, in exilio ſe apud Epiſcopum Hartmannum continuit. Anno itaque 1404. die penultimo menſis Junii, in Civitate Curienſi, donabat Maſtinus, Vice-Comes Mediolani, gratitudinis ergò, Eccleſiæ Divæ Virginis Mariæ, quæ Curiæ eſt, & ejusdem Epiſcopo Hartmanno, Vallemthelinæ, (ita verba habent) Commune de Bormio, Commune de Peſclavio, Caſtrum, oppidum & Vallem Clavennæ & Plurii, cum omnibus ſuis hominibus, rebus, dominiis, juribus, &c. Poſſeſſionem autem, quamvis omnibus juris remediis adhibitis, Epiſcopus & Rhæti, ob potentiam Joannis Galeatii & ſucceſſorum, obtinere tunc non valebant.

Aſt anno 1486. cùm Joannes Galeatius Sfortia, ſub tutelà matris Bonę, & Ludovici Mauri patrui, Ducatui Mediolani præeſſet; Rhæti noſtri, occaſionem ſua repetendi, præſertim Bormium & Peſclavium anno 1450. ab Ulderico Amatienſi amiſſum, arripientes, bellum eis, per Legatum ſuum, Huldericum Maſſolium Engadinum, indicunt. Cui Prætor Bormii Ciſerinundus ſuperbè reſpondet: ſe nihil curare, pacem an bellum Rhæti eligant. Triduo igitur poſt noſtrorum exercitus adeſt. Bormienſes trepidantes fugiunt,

giunt, ſeſque deduunt. Munito Bormio, Engadini & Prægallienſes Clavennam petunt: quo cæteri quoq; duorum Fœderum Rhæti, per Vallem Sancti Jacobi, eò tendũt. His Comes Antonius Balbianus, cum Lantolino, peditatus duce, in dictam Vallem obviam ire cum exercitu parat. ſed ſtatim à Rhætis ſupervenientibus fugantur & cæduntur: è quorum numero erat Joannes Grandonus Clavennas, vir magni inter ſuos nominis. Clavenna igne devaſtatur. Idem cum Plurio actum fuiſſet: niſi Bertholdus à Fontanâ precibus interceſſiſſet, cujus quondam frater Benedictus, ibi ſervatus fuerat. Magnam prædam Rhæti ex pecoribus, & aliis abigunt: & per hyemem ſe in Valle Sancti Jacobi continent. Vere imminente, in Volturenam impetum faciunt: obvia quæq; capiunt; & ultra viginti pagos, à Bormio Sondrium uſque devaſtant. Ludovicus ergo Maurus, tutor, cum eis pacem init: perſolutis 14000. florenis; & inſuper Peſclavio libere dimiſſo.

Anno 1499. tandem, per Ludovicum XII. Galliæ Regem ejectus Dux Maurus, (qui, poſt fata nepotis, anno 1495. Ducatus Inveſtituram acceperat, ab Imperatore Maximiliano; cui prius neptem ex fratre Galeatio Mariâ, Blancam-Mariam, anno 1493 per Vallemtelinam & juga Rhætica, maximâ cum pompâ ad maritum adductam, deſponſaverat) Oenipontum, ad Imperatorem Maximilianum, cum duobus filiis, profugit; & præſidium Tirani in caſtro, 500. Lanciferos, ab Imperatore ſibi miſſos, relinquit: qui, captis per Gallos omnibus Ducatus oppidis, adhuc in fide Mauri perſiſtebant. Proinde Antonius Baſſæus, Ballivus Divionenſis dictus, maximo cum exercitu, ma-

chinis etiam tormentariis majoribus adductis, eò ſe confert. Oppido igitur jam oppugnari cœpto, illi ſe dedunt, & inermes dimittuntur. Galli inde captivos duos, Aloyſium, Militem Auratum, & Seraphinum, Quadrios, abducunt: quia Ducis partes ſuſtinuiſſent.

Maurus, cum auxiliari Cęſareâ manu, brevì reverſus, facilè partes iſtas recuperat. Capitaneum ſuum, Badinum Paravicinum de Caſpano, (alii Papienſem dicunt) collectis paucis militibus, verſùs Prægalliam mittit: qui ibidem centum ſibi alios aſſociat. noctu, quæ erat 2. Februarii, anno 1500. ad Caſtrum Clavennæ pervenit; ibique cum milite ſubſiſtit: civibus incendium ac direptionem comminans; niſi ſtatim ſibi portæ, nomine Ducis Mauri, aperirentur: & ſex millia Germanorum ſe ducere aſſeverans, acclamantibus paucis, (ut dicto fidem illi haberent) quos ſecum habebat, militibus, ſic intromiſſus eſt.

Annibal interim, Comes Clavennæ, qui etiam cum Mauro aufugerat, Turrim Oloniam, vacuam repertam occupat; & iſtorum locorum incolas, rei novitate perterritos, imperata facere cogit. Atque ita Mauro via, ad recuperandum Ducatum, ſtrata: qui tamen paulo pòſt, ad Novarriam, perfidiâ ſuorum proditus, & captivus in Galliam abductus fuit; Rege iterum rerum potiente. ſub quo, ad annum uſque 1512. admodùm preſſi vixêre ſubditi. Anno enim 1503. juventus Prægallienſis injuriis laceſſita, Plurium cepit: ubi in pugna magnus Galliæ Baſtardus, à Guberto à Caſtromuro, occiſus fuit.

Anno 1508. Malherba (nomen condignum rei) Capitaneus Regius, per ſemiannum, intra Tiranum & Pontum ſe, cum 500. Vaſconibus continebat: quo-

tidiè pecuniam, pręter victum & amictum, efflagitans: ſecùs ferrum & ignem minitans.

Anno 1511. tranſeuntibus per Vallemtelinam plurimis Lanciferis, à Ludovico Rege conductis, victum abſque ullo precio impertiri coacti; proindeque in magnas famis anguſtias incolæ redacti ſunt.

Diſſidia autem inter Pontificem Maximum Julium 2. & Ludovicum Regem, de die in diem, ob intimationem Concilii, & alias cauſas, ingraveſcebāt. Pugna etiam adverſa ad Ravennam, Pontificis animum magis exacerbabat. Omnes igitur, quos poteſt, contra excommunicatum Regem excitat; inter quos præcipui quidem Helvetii, & Rhæti erant: quos propterea vexillis donat; Eccleſiæque Defenſores ac Principum Domitores, cognominat. Gallorum quoque militum inſolentia in Volturenâ, Clavennæ & Bormii, creſcebat. Hi namq; ex caſtris regionis, in ſtrictiſſimis oſtiis conſtitutis, Equiſones & Viatores tranſitu prohibebant; eosque captivitate, & bonorum ablatione, mulctabant.

Hortatu itaq; ſummi Pontificis, & injuriis ac vexationibus laceſſiti, inſuper juribus ſuis antiquis, & legitimis prætenſionibus confiſi, (magna enim pecunię ſumma noſtris, propter ſtipendia militaria retenta, à Gallo & Mediolani Ducibus, debebatur) Paulus Epiſcopus Curienſis, cum Rhætis trium Fœderum, (fœderis Griſæi exercitum ducebat Hercules à Capaulo de Flemio; fœderis Cathedralis & Epiſcopi, Conradus Planta de Zuzio, qui poſteà etiam primus Vallitelinæ Gubernator datus eſt; & Decem-jurisdictionum, Conradus Belinus Davoſianus) per montem Berninam, anno 1512. die Jovis, 24. Junii, ditionem

feliciter ſunt ingreſſi. Caſtra mox duo fortiſſima, Plata-mala, in confinibus Peſclavii, cui Baſtardus Straxe Gallus præerat; & Tiranenſe, cujus Caſtellanus Stephanus Baſtierus erat, interventu Aloyſii Quadrii Equitis ſe dedunt. Die dominico, 27 prędicti menſis & anni, Tilii, Rhætis jurata eſt fidelitas, atque ita etiam Bormium, Comitatus Clavennæ & Triumpellini lacus Larii, univerſo populo congratulante, (*Viva Griſoni*) capta & recuperata: tantum in Caſtro Clavennæ occupando ſex menſes inſumpti. Præſidiarii, duce Jacobo Fayet Gallo, commeatu deſtituti, ſe dedunt, & per Helvetiam Gallias repetunt.

Anno ſequente, pro majori ſecuritate, Caſtra, Mala-plattę, Tirani, Trixivii, & Turris Olonię, deſtruuntur. Maximilianus Sfortia, Ludovici Mauri filius, jam ab Helvetiis & Rhętis in Ducatum reſtitutus, pro parte ſtipendiorum & benemeritis, ſponte ſuâ & liberè, omnes illas regiones, quas in Ducatu Mediolanenſi ceperant, illis cedit. cujus rei literæ, anno 1513. datæ, exſtant.

Anno 1515. Galliæ Rex Franciſcus in Inſubriam venit, amiſſaq; recuperare ſatagit: cujus partes ſequebantur fratres duo, Galeatius & Julius Sancti Severinates. ex his, Julius, Como receptus, ea, quæ ab Helvetiis & Rhætis tenebantur, armis ſe repetiturum aſſerit: nuntiosque propterea cum milite ad Larii accolas, qui in ditione Rhętorum erant, mittit; ſtatimq; in ſua vota pertrahit. idem cum Volturenatibus & aliis tentat: qui cùm opportunum præſidium nullum à Gallis miſſum viderent, imperata facere recuſant. Soli Caſpanenſes, cum Trahonenſibus quibusdam, de fœlici Gallorum prælio ad Melignanum, certiores

red-

redditi, Gallicam acclamationẽ (*Franza, Franza*) tollebant, & Rhætorum inſignia ex parietibus delebant. Sed à Rhætis, per Clavennam celeri curſu delatis, de improviſo opprimuntur, & carcere, pecuniâ, & exilio mulctantur: interim etiam amiſſis hicus regionibus, per miſſos eò milites, receptis.

Franciſcus quidam Moronus Leucenſis, Cæſaris partes ſequens, in Volturenâ & circumvicinis locis, gregarios aliquot (contra Magiſtratus voluntatem) colligit; villasque in montibus, uti etiam Coreni ædes aliquas, incendit. Sed à Vaſconibus, Como evocatis, reprimitur.

Como, Regis nomine, præerat Joannes Vandaneſius: qui naves multas Comi inſtruxit; & cum validâ claſſe, cujus major pars Turenſes erant, Suricum delatus eſt: ut regiones à Rhætis occupatas, in poteſtatem Regis redigeret. id quod facile factu fuit: cùm nullum militem Rhæti, citra montes, in præſidio reliquiſſent. Incolæ in arvis erant: & claſſis jam ad Surici ripam appellebat. Vandaneſius in colloquium cum indigenis deſcendit: cumque à quodam bombardula in adverſos Gallos exonerata eſſet: continuo ipſe irâ ſuccenſus, Suricum & Gleram, cum navibus armatis ibi inventis, incendi jubet. Anno 1516. die 16. menſis Maji, factum hoc eſt.

Pagani, Gallorum impetum paululùm ſuſtinentes, vicinorum ſubſidium avide exſpectabant: quo fruſtrati, in nota montium diverticula aufugiunt. Vandaneſius in Volturẽnam tranſire tentabat. Sed tunc omnis Gallorum & Venetorũ exercitus, cis Abduam, à Maximiliano Imperatore, cum auxiliariis Helvetiis & Rhætis, fugatus, Mediolanum ſe receperat.

rat. Itaque, mutato conſilio, Comum ille revertitur.

Rheti, Suricenſium vicem ulturi, Belanum veniunt, & Coreni reſiduum igni tradunt. Mox, transgreſſo deſuper Muſſii ſaxo, in Vallem Menaſii deſcendunt, corraſisque pecuniis apud Porletiam, domos quasdam cremant. inde reverſi, Menaſium, Gallicæ factionis, cum indicta pecunia non ſolveretur, ferè totum Vulcano ſacrant. Vaſcones interim per Larium delati, Grabadonam accedentes, incolas pecuniâ mulctant; & nonnullas domus apud Menaſium etiam comburunt.

[illegible] sub conditione, quae ipsis 300. [illegible] promissa persolverentur.

Brevì poſt, anno 1516. Friburgi Aventicorum, die 29. Novembris, pax perpetua, inter Galliæ Regem, Helvetios & Rhætos, initur. Rex, Helvetiis ſuas Præfecturas cis montes; Rhætis Volturenam, Comitatum Clavennæ, & Bormium, liberè poſſidenda dimittit. De Lari accolis, Triumpilinis, ambiguus & incertus tractatus erat. Joannes Jacobus Trivultius, Dux Regius, eos caſtro ſuo Muſſio adjicere volens, ſuos eò mittit. Rhæti contrà firmiter nituntur: & à populo, ſuaſu Antonii à Brentio, cognomento Stulti, & Gallico nomini inimici, qui Aduncum pro ipſis retinuerat, revocantur. Sic Gallis cedentibus, (prout etiam anno 1523. Cathedrali & Decem-jurisdictionũ fœdere Gallicum quoque fœdus acceptante, omni prętenſioni Rex Galliæ ſuper Triumpilinis, liberè, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, renuntiavit, Rhætisq; aſſignavit) prædictoque Antonio è vivis ſublato, Rhæti per ſuos Magiſtratus, Triumpilinos, uſque ad annum viceſimum-quintum ſupra milleſimum-quingenteſimum, quietè rexêre: quo Joannes Jacobus Mediceus, (utì ſuo loco fuſius expoſuimus) eos infeſtavit.

Vallis

Vallis itaque hęc, cum Comitatu Clavennæ & Bormio, jure antiquiſſimæ poſſeſſionis, ceſſionibus, meritis, juſtiſſimisq; titulis, à Rhætis acquiſita, magnâ gloriâ adhuc regitur, & poſſidetur.

Situs ejus ſecundùm longitudinem, ad pedē ſummorum Rhætiæ montium eſt: unde flumina Italiam petentia, ſcaturiunt; ex quibus Abduas Vallemtelinam totam trāsfluit, & mediam interſecat. Ab Oriente, ſunt Rhæti Vallis Monaſterii, Tirolenſes, & Vallis Solis incolæ: à Meridie, Camuni & Bergomates, Venetæ ditionis: Occidentem versùs, Lacus Larii accolæ: ad Septentrionem, Peſclavienſes, Engadini & Pregalli, Rhęti. Longitudo ejus eſt 60. milliarium Italicorum; quæ decem Germanica efficiunt: Latitudo eſt incerta. Juxta Sanctum Britium, in Bormienſi; ad Sanctum Jacobum, in Tilienſi; ad Sanctam Mariam ad Saxellam, in Sondrienſi; & ad Sanctum Gregorium, montemq; Pelâſcum, in Morbenienſi, & Trahonenſi ditione, in oſtiis ſatis anguſta reſtringitur.

Amœnitatem & fertilitatem hujus regionis depingere hoc meum penicillum non valet: palmam certè illa, inter omnes Europę Valles, Scriptorum cōſenſu, jamdudùm obtinuit. Magna hic excellentiſſimi vini copia; cujus etiā Scriptores antiqui ſummâ cum laude meminerunt: Cato apud Servium; Strabo libro 4. Plinius libro 14. cap. 1. 2. & 6. Virgilius Georg. libro 2. Martialis lib. 14. ep. 100. Suetonius in Auguſt. cap. 77. Ejus jucundo & ſalubri potu, Auguſtus olim, atque etiamnum moderni Imperatores & Principes noſtri, maximè delectati ſunt: ut proinde hinc in Rhætiā noſtram, Italiam, Helvetiam, Comitatum Tirolis, Sueviam, Bavariam, Auſtriam, Bohemiam, aliasque regio-

O

Vallis Tellinae Descriptio.

nes, magnâ quantitate avehatur: in dies ſingulos totius anni, comparatione inſtituta, ultra centum ſalmas (onus equi eſt, centum menſuras vini excedens) ex Valle exportatis. Habet etiam multas convalles: quibus tanta lacticiniorum ubertas, ut vicinis quoq; magnam illorum copiam ſuppeditent.

Flumina, præcipuè Abduas, maxime piſciferi ſunt: ubi Salares, ſeu Lucii varii, (nos *Truttas* vocamus) magni ponderis capiuntur.

Cunctarum denique, præter ſalem, (qui ex Valle Oenana vicina advehitur) ſumma hic eſt copia rerum.

Non minus verè, quàm aptè, Ludovicus Maurus Dux, illac tranſiens, Vallem in tres partes diviſit; Planitiem, Agrum, & Pratũ: tractum ſecundum dextram Abduæ ripam, Vineam; & alteram ripam, Caſtanetum vocans. Hoc illa incommodi habet, quod ab eluvionibus aquarum magna damna accipiat. Unde, proverbio recepto, olim reditus & proventus Vallis in quinque partes diſtribuebantur: prima Principis erat: ſecunda, Eccleſiaſticorum; tertia, Nobilium; quarta, Agricolarum: quintam aqua devorabat.

Ut ſolum fœcundum & dives: ſic populoſa, & pulchris oppidis Vallis repleta eſt. in toto enim Vallis, Clavennenſisque Comitatus diſtrictu, ad centum parochiæ ſunt. Gens robuſta, formoſa, & manu prompta eſt. Nobilium magna ibi copia: qui armis & literis (ultra centum hodie gradu Doctorum inſigniti, vivi numerantur) reliquæ Italiæ nobilitati non cedũt. Plebs induſtria, & labore nemini ſecunda: ut propterea in præcipuis Italiæ oppidis, aliqui horum inveniantur, & propter fidelitatem amentur. Ad mandata denique & juſſa Principis omnes ſunt parati.

Sed

Sed jam ad locorum ipſorum & Politiæ enarrationem eſt deflectendum.

Bormienſem itaque ditionem in ſummitate ſitam, altiſſimis montibus undique cinctam, & à ſola Volturenâ ſtricto oſtio diſtinctam, primo ingrediamur.

Diſtinguitur hæc in quinque Vicinias, ſeu Communitates minores:

I. Prima eſt, oppidum ipſum Bormium, unde regioni nomen; elegás & turribus vetuſtis fultum: multa damna ab incendiis diverſis paſſum. Hic Archipresbyter cum Canonicis, itemque Magiſtratus, reſident. Ad Oppidum pertinent pagi; Platea, Platta, Oga, & Fumerogum; quaſi fumans rogus, à miſerabili eventu nomen adeptum. Cum enim Veneti, tempore Philippi Mariæ Vice-Comitis, Volturenam vaſtarent, irruentes in Bormienſem tractum, hic ab incolis ſupervenientibus fuſi, & cadavera illorum, ne aërem fœtore inficerent, concremata fuere.

II. Secunda eſt Vallis Forba: ubi Parochia eſt ad Sanctum Nicolaum: item pagi, Sanctus Antonius, In plano, Tregua, (ubi induciæ inter Venetos & Bormienſes ſuperiori bello factæ, indeque nomen locus ſortitus eſt) Divus Gotthardus, Divus Rochius, Vacciphagus ſeu Maglia-vacca: & mons ipſe Alfurnus: ex quo Italiam verſus ſcaturiens Mintius, lacumque Benacum permeans, ſe Pado miſcet. A' Bormienſi parte Frodolphus amnis naſcitur; qui ſub oppido Bormii ſe in Abduam exonerat.

III. Tertia Vallis interior eſt. ubi primò Parochia Sancti Galli occurrit: cui annumerantur, Primadium, Terriplanum, & Molina. Supra hunc pagum, prope viam regiam, quà per juga Rhætica, in Vallem

Monaſterii itur, (ſtrictum ibi prope eſt oſtiū, muroq; quondam munitum, quod Seralium vocant) ſitæ ſunt ſaluberrimæ thermæ, nomine Sancti Martini inſignitæ; quæ podagricis præſertim, iſchiaticis, ſterilibus mulieribus, aliisque morbis frigidis, conducere exiſtimantur. De illarum mirabili virtute, cùm Medici, (Caſpar Sermundus) tùm Hiſtorici, (Joannes Gulerus, Eques Auratus) fuſiùs ſcripsêre: ad quos Lectorem remitto. Hic initiū ſuum habet mons Umbrius, ab incolis mons Brailius dictus; ab Hiſtoricis claſſicis vetuſtioribus, jugorum Rhæticorum nomine, ob altitudinem, inſignitus. In hoc monte, Abduas fluvius ſcaturiginem ſuam habet: qui Volturenam præterfluit; inde in Larium lacum vergit, cumque permeat; Laudum Pompeji tranſit, tandemq; ſe in Padum exonerat.

Altera Parochia Vallis, eſt Pedemucis: ubi ſunt Vici, Semucum, Iſolatia; unde flumen Iſolatia per Vallem erumpens, Abduæ inſeritur. Sequitur Mons Fuſtanus: ubi Tripallum, & Vallatia; deinde in Freel, aliis Fera Vallis, aliis Ferrea, ob minas ferri, quę ibi ſunt, dicta. In hujus ſolitudinis planitie, campus quidam eſt: Campus de Luco, ob vicinum nemus, vocatus. Nulli unquam viſuntur ibi flores. In hoc loco, conflictum magnum contra Arrianos, tempore Divi Ambroſii, Epiſcopi Mediolanenſis, contigiſſe affirmant: ejusque rei aliqua noſtro etiam tempore apparuêre veſtigia. arma etenim diverſi generis ibi inventa, oſſaque humana, quæ giganteam ſtaturam repræſentant.

IV. Quarta Vallis inferior eſt: ubi Cepina, Sancta Maria Magdalena, Murignonum, Sanctus Bartholomæus,

mæus, Sanctus Britius. ibi regio, uti diximus, oſtio anguſto, Serulio dicto, claudebatur.

V. Quinta Vallis, Lavinium dicta, amœna ſolitudo eſt; ædesq; hinc inde diſſitæ ſtant. Politica autem hujus regionis adminiſtratio, hæc eſt. Trium Fœderum Rhæti Prætorem eò mittunt: cujus Magiſtratus, ut & reliquorum Prætorum, biennalis eſt. Hic à Bormienſibus ſalarium accipit; & Præſidis munere, illius nempe qui ſuffragia colligit, fungitur; ſuos Vicem-gerentes in Civilibus & Criminalibus habet, quos ex Senatu ſumit: Cancellarium preterea, & clavem unam ad proceſſus & Scripturas.

Cæterum ipſi incolæ, propterea quòd in confinibus ſint, plurimis privilegiis & immunitatibus ſemper honorati fuêre. Eligunt Magiſtratus ſuos liberè: in quorum electione, ad evitandas prehenſationes, ſortem adhibent; fabis videlicet nigris & albis uſi. Cal. Maji, pro officiis generalibus creandis, congregantur: ubi in Concilio magno & populi, 60. ex oppido Bormio, & totidem ex tribus Vallibus, (Lavinium tamē tres tantùm dat) conveniunt. Hi Officiales (honos hic præcipuus inter ipſos eſt) eliguntur; quorum duo ſunt: itemq; Senatores, quorum in Criminalibus ſexdecim judicant; decem ex oppido, cæteri ſex ex Vallibus. In Civilibus, tredecim Conſiliarii omnes oppidani ſunt. Vallis Lavinii in levioribus cauſis, ſuū Miniſtralem Civilem habet. Certa municipalia jura in judicando obſervant. Appellationes omnes, ad trium Fœderum Oratores, in Comitiis, deferuntur. Suos quoque Militiæ Capitaneum & Officiales habent, ſub quibus 500. ſelecti in album ſunt recepti.

Ad Vallemtelinam revertimur, cujus ſub dominis

Rhætis hæc adminiſtrandi & gubernandi forma eſt. Vallis in tria Tertiaria dividitur: Superius nempe, ubi ſedes Prætoria Tirani eſt; (ſequitur proximè Tilium: quod nullo Tertiario annumeratur, atque etiam ſuum Prætorem habet:) Medium, cujus Capitaneus & Vicarius Sondrii reſident; & Inferius, quod duos Prætores habet: quorum alter Morbenii, alter Trahonæ reſidet. quisque ſuum Locum-tenentem, Cancellarios, & famulos, habet: ſuaque ſalaria ex Camera dominicali, & à Valle recipiunt.

Magiſtratus eorum biennalis eſt: ipſique cum mero mixtoque imperio præſunt. In ſuâ juriſdictione quisque (præter Capitaneum, quem Gubernatorem Vallis vocant; quique, ultra Medii tertiarii in Criminalibus adminiſtrationem, etiam in totâ Valle, ſi legitimo ordine prævenerit, dominium habet) & Criminales & Civiles cauſas adminiſtrat.

Proceſſus ſecundum ordinem ſtatutorum Vallistelinæ, à Dominis Rhætis datorum, inſtituuntur: quæ, in Civilibus, & Criminalibus, modum Cæſareo juri conſonum præſcribunt; & ad quorum obſervationem Officiales juramento ſe obſtringunt. Proceſſus deinde, tam offenſivi, quàm defenſivi, (niſi gratia aut tránſactione interveniente, res ab Officiali componatur) Vicario Vallistelinæ (coram quo, uti Capitaneo, Civiles controverſiæ decidi, & cognoſci, in Medio tertiario, poſſunt) exhibentur: qui deinde cum voto Juriſconſulti (niſi ipſe legum Doctor ſit) de ulteriore modo, torturâ inferendâ, mulctâ pecuniariâ, condemnatione, aut abſolutione, ſecundum facti ſpeciem, conſilium ſuū edit. Officialis autē ſententiam Vicarii, moderari & mitigare quidem; aggravare minimè poteſt.

Cau-

Cauſæ Civiles, à quolibet Officiali, in ſuâ juriſdictione, diligenti ſcrutinio, ſecundùm formam à ſtatutis præſcriptam, deciduntur: Partibus, aut alterâ earum tantùm requirente, cum conſilio juriſperiti Aſſeſſoris (ita ſtatutis monentibus) agitur. In Caſibus, quorum in ſtatutis nulla mentio, jus Commune Cæſareum, ex eorundem ſtatutorum diſpoſitione, ſequuntur. In Matrimonialibus vero, Officialis proceſſum inſtruit: qui deinde, cum conſilio Vicarii Vallistelinæ, ex diſpoſitione ſtatutorum, ſententiam fert.

Voltureni autem, in rebus publicis, quas ipſi adminiſtrandas habent, hunc ordinem obſervant. Ab Agentibus ſeu Legatis totius Vallis, qui Sondrii congregari ſolent, Cancellarius Vallis eligitur, penes quem diplomata, & reſcripta gratioſa, à Dominis ſuis côceſſa, cum cæteris Vallis juribus & privilegiis aſſervantur; hic idem, ſi quæ imperata à Principe aut Officialibus veniant, aut talearum ſeu collectarum imponendarũ causâ, quæ ſecundum æſtimationẽ plerumq; fiunt, (æſtimum autem h.e. æſtimatio, eſt illud, quod bonis ſtabilibus, ad computationem ſolidorum & librarum, impoſitum eſt. Sic totius Vallis æſtimatio eſt, librarum Imperialium 3380. quarum quælibet viginti ſolidos efficit) vel ſi quæ aliæ cauſæ, totam Vallem concernentes, tractandæ ſint, Agentes Vallis conſcribit, quorum deliberationes in præſentiâ Gubernatoris Vallistelinæ, aut Aſſeſſoris illius factas, Legati ad ſuos referunt.

Tertiarium Superius ſuum quoque Cancellarium habet; ejusque conſilium Tirani habetur, ad quod Communitatum Decani convenire ſolent. In Medio tertiario, munere hoc fungitur Cancellarius Vallis; ipſi-

ipſique Decani Sondrii congregantur. In Inferiore, utraq, Squadra, Morbennienſis & Trabonenſis, ſuos Cancellarios & conſilia; quibus Conſules Communitatum interſunt: Tilienſes etiam ſuum Cancellarium & conſilium Communitatis, habent. Sunt porrò in quolibet Tertiario, quatuor Juſtitiæ Conſules: quorum Tilium duos habet. Doctores illi plerumque aut Legum periti ſunt; & à ſuis Tertiariis eliguntur. Hi curam Minorum gerunt: à Tutoribus & Curatoribus adminiſtrationis rationes exigunt: in contractibus & diſtractibus, Minorum nomine celebrandis, decretum ſuum interponunt. Eliguntur etiam Syndici, ſeu Defenſores: qui ſtatutorum obſervationem, & gratioſorum Reſcriptorum exſecutionem, ſolicitant.

Militia vallis

Suos quoque Militiæ Capitaneos & Officiales habent: ſub quibus, in totâ Valle, ter mille ſelecti, & in albo inſcripti ſunt. Quælibet Communitas per totam Vallem, ſingulis annis, unum etiam eligit, qui præſit, hos in Tertiario Superiore, & Medio, atque etiam Tilii, Decanos vocant: in Inferiore, & Comitatu Clavennæ, Conſules dicunt. Hi, cum ſuis Syndicis, ſeu Conſiliariis, ſecundùm diviſionem Communitatum, (quarum aliquæ in diverſas partes tribui ſolent, quas alii Quadras, alii Vicinantias, Contratas, Colongellos, Cantones, & aliter vocant) à Communitate eliguntur: & curam jurium & prærogativarum illius gerunt. Notificatus criminales, Decani ſeu Conſules, vigore juramenti præſtiti, Officiali & Magiſtratui renuntiare tenêtur. Omnibus enarrata Vallis aut Communitatis onera ſuſtinentibus, de officio juſtè & legitime adminiſtrando, juramentum ab Officiali defertur.

Jam

Jam ad loca ipſa luſtranda progrediamur. Et primò quidem ratione ſitus, Tertiarium Superius ſe offert; cujus undecim Communitates ſunt: & in duas plebes, propter Archipresbyteratus, diſtinguitur: Matienſem, quæ ſuperiores ſex Communitates; & Villenſem, quæ cæteras, complectitur.

I. Tiranum oppidum, olim Villacia dictum, & ad dextram Abduæ ripam ſitum, ruinâ olim periit: paulatim deinde, eo loco ubi hodiè cernitur, ædes exſtructæ ſunt. Sedes ibi Prætoria eſt: locus ipſe populoſus, & amœnus. A' Ludovico Mauro, contra impetus Rhætorum, anno 1487. ſub Seraphino Quadrio ibidem Prætore, mœnibus primò cinctum fuit: quæ poſtea, ſub Rhætorum dominio, corruêre. Arcis deſtructæ muri etiamnum ſuprà viſuntur; hęc, Decanum unum, & duodecim Conſiliarios habet. Contratæ, quæ eò ſpectant, hæ ſunt: à dextro Abduæ latere: Raſiga, (ubi in loco munito, emiſſarius quidam Joannis Jacobi Medicæi, cùm de Volturenæ invaſione cogitaret, ſub habitu Monachi, templum in honorem Sancti Rochi ædificare ſimulavit; quod reverà fortalitium erat. quâ re à Rhætis cognitâ, inhibitus ille fuit. Bruſium versùs, in ipſis confinibus, Caſtrum Plattæ-malæ ſteterat) Molendina, & Fulla, ſeu Fullonica.

In hac Contratâ ſitum eſt templum, in honorem beatæ Virginis maximis ſumptibus extructum; & egregiè ex Pario lapide, qui non procul abinde in monte reperitur, exornatum. Ibi diva Virgo Maria, anno 1506. Mario Homodæo Tiranenſi, ficus colligenti, apparuiſſe dicitur; & in ſui honorem templum ædificari mandâſſe. Frequentes eò, ex longinquis etiam locis, peregrinationes fiunt.

In feſto Sancti Michaëlis, ſolemnes ibi celebrantur nundinæ; unde Rhæti noſtri, ingentem armentorum numerum, in Italiam mittunt. Propè Sancta Perpetua eſt, ubi ſtetit olim arx, à Capitaneorum familiâ erecta.

Sequuntur Contratæ de Naſino, Roncajola, de Botigiolis Baruffinis, Veſolis: ab alterâ Abduæ parte, Cologna, Campus, il Doſſo; ubi Caſtrum Homodęorum fuit.

II. Suprema, ſitus ratione, Tertiarii hujus Communitas, eſt Sondalum, pagus egregius, cum ſequentibus aliis: Le Preſe; ſic dictus locus, quòd proximè Turricula ſit, Vallem (utì diximus) conſtringens. Ad eum pertinent Valles, Fine & Rezen; unde torrēs Rezalaſchus in Abduam (ut & omnia reliqua Vallistelinæ flumina) influit: ibidem ſunt, Frontale & Fumera. Sequuntur, Buladorum, Mondaditia, Contrata Pontis, Mons Fili, & Summa Cologna, Migiontum, Supra Tiolum, Taronum in monte.

III. Tertia Communitas Groſium eſt. A' quo vix ſtadio uno diſtāt duo Caſtra; alterū Caſtrum de Groſio, alterum Sancti Fauſtini dictum: à Venoſtis olim habitata, quæ deinceps, anno 1526. unà cum cæteris Volturenæ & Comitatus Clavennenſis caſtris, à Dominis trium Fœderum diruta fuêre. Pertinet ad Groſium, Tiolū inferius; unde via trita eſt, quæ per montem Mortirolum in Vallem Camonicam ducit: item Contratæ de Vernuga, & Rovoledo, Vallis Groſina; ubi mons Davoſte eam tangit.

IV. Groſſubtum, (ubi Groſium versùs, torrens Ruaſcus ſtridet) magnus pagus eſt, Contratas ſeu viciniās habet: Roncale, Prata, Plateā, & S. Sebaſtianū.

V. Ve-

V. Vervium quinque Contratas habet: de Nova, de Falciis, Rigorbellum, de Scalotta, & Monſchieccum.

Enumeratæ Communitates, præter oppidum Tiranum, ad dextram Abduæ ripam ſitæ ſunt. Deflectamus nunc, ad alteram quoque partem.

VI. Matium ſeu Maze, ſedes Archipresbyteri eſt: Viculi ibi ſunt, Vionum, Villa-nova, Maſſones, Sparſum, (cui Caſtrum de Pedenale, in rupe ſuprà ſitum, imminet) & Mons Matii.

VII. Tovum, cum Contratulâ Priſtino; ſupra quam ſitum fuit Caſtrum de Bella-guardâ.

IIX. Luerum, ubi Turris deſtructa jacet. Prioratum habet, Ordinis D. Auguſtini, Centuriati dicti. Ejus fundatio familiæ Capitaneorum, Sondrii quondam degentium, aſſcribitur. Ad hanc Communitatem pertinet vicus, Sancta Maria Magdalena vocatus.

IX. Sernium, cum vicis, Bojolo, Sancto Gotthardo, & Valle Clausâ.

X. Villa & Stazona; ubi olim etiam Communitas de Coſetto fuit; quæ nunc cum iſtis coaluit. Cantones quinque habet: à dextro Abduæ latere, 1. Villa. Iſta ſedes Archipresbyteri eſt: quò ſpectant, Platti, Al ragno, Novalia, Runcus major, Vallis-pilaſca, Summusvicus, Revola & Torcularia. Trans Abduā, 2. Stazona; ubi ad Sanctum Jacobum Caſtrum à Capitaneis exſtructum, nunc deſtructum, cernitur. 3. Muſchanum, cum S. Rocho. 4. Sancta Chriſtina. 5. Sanctus Antonius, cum loco alla Motta.

XI. Blanzonum, cum Barattâ & Placedâ, ubi ſuprà in monte, Iminâ dicto, Turris fuit. Ultima hæc, quoad ſitum, Communitas ſuperioris Tertiarii eſt.

Adeſt jam Communitas & Prætura Tilii; quæ duodecima pars totius Vallis in æſtimo eſt: ubi quondam Caſtrum Tilium, in loco eminenti ſitũ, fuit, Valli imperans, & eidem nomen dans, à Lazzaronis habitatum. In monte ibi propè aliud Caſtrum fuit, Ripa dictum. Dividitur in triginta ſex Contratulas. tot enim ſunt Conſiliarii: duosque Decanos habent; alterum Nobilium, alterum verò plebis.

Ex Contratis præcipuæ, à ſecundo Abduæ latere, ſunt: Platea, Beſta, Bellamira, de Sylveſtro, Sanctus Martinus, Ligonũ inferius & ſuperius, Sanctus Joannes, Frigeri, Summa-ſaxa. In planitie verò; Boaltium, Sutii Pons Treſendæ, Sanctus Jacobus Nigola. Ab alterâ Abduæ parte: Grania; Peſclavini, pars Vallis Malginę, Pondonum, Carona, (ubi Caſtrum ejusdem nominis fuit) Allicetum, Vallis Belviſi (ubi optimum ferrum excoquitur, indeque ad Bergomates iter eſt, Vicinia Aprica, Eccleſia Divi Petri, & hoſpitale in confinibus ſitum. Inde per viam Zapelli d' Auriga dictam, in proximos Camunos itur. In planitie, ad radices montis, Contrata de Francheſiis eſt.

Proximum eſt Medium Tertiarium, quod ſeptemdecim Communitates habet. I. Sondrium eſt, propter reſidentiam nobile. primus ejus ſitus, circa annum Domini 1200. prope Maſegrium fuit; & ſe Caſtelletum uſque (ubi Sancti Syri ſacellum eſt) extendit; tempore autem bellorum deſtructum, ſecundò ſub templo Sancti Euſebii, (qui locus Villa vocatur) à civibus reædificatum fuit: qui illîc ad tempora uſq; Henrici ſeptimi Imperatoris, anno 1309. quietè habitavêre. Ab Imperatoris poſtea exercitu, quòd Guelphis addicti cives eſſent, igne rurſum & ferro oppi-

oppidum vaſtatum; tandemq; ad pedem Maſcgrii, & alluentem Malerum flumen; ubi etiam nunc viſitur, exſtructum, & anno 1318. foſsâ circumdatum: Anno verò 1325. cùm Franchinus Ruſca Comenſis, Gibellinæ factionis, Trixivium caſtrum cum exercitu teneret; mœnibus, inſtinctu Theobaldi Capitanei, cinctum fuit.

Anno 1328. à Franchino & Raviciâ Ruſcâ, fratribus, obſeſſo Sondrio, cives tunc Caſtrum de Monte-Cucco erexêre. Illorum Dux erat Lazarinus de Lucino: cui Buccellarius cum copiis, ex Valle Serianâ, auxilio venerat. Re igitur infectâ, obſidionem fratres Ruſcæ ſolvêre.

Anno 1335. Azo Vice-Comes Mediolani, inſtigatione dicti Franchini Ruſcæ, odio contra Capitaneos ardentis, mœnia oppidi diruit: quæ exinde in ruinis jacent. Capitanei Caſtra de Maſegrio, cum aliis, poſſedêre. quæ inde ad Beccarias, & ab his in Salicæorum manus, pervenêre. Archipresbyter in oppido Sondrio reſidet; quod in quinq; hodiè Quadras dividitur.

1. Quadra Nobilium de Sondrio, qui de ſeptem Conſiliariis ſemper tres habent.

2. Plateæ: ad quam pertinent Contratulæ; Aqua calida, Platea de Maſegrio, Scarpatecti, & Ponchiera.

3. Proximus eſt mons Sondrii, olim Rovoledus dictus: ubi Majorum, Aſcherii, Moſſini, Arquini, Gualtherii, Ronchi. Fuit ibi quondam Caſtrum Sancti Georgii: ubi hodiè Cœnobium Sancti Laurentii, à Monialibus ſub Abbatiſſæ regimine, habitatum, cernitur; à familiâ de Capitaneis fundatum.

4. Del Doſſo: ubi Triaſſum, Baſſola, Colombera, Gualzii, Sondrini, Marcii.

5. Triangia, cum Ligario, Pradellâ, & Moronis. Quondam etiá erat ibi Quadra Nobilium Beccariarum; quorum bona nunc pars in alios translata.

Ad Sondrienſem Communitatem, pertinet Vallis Malenci: tamen Malencenſes ſuũ habent Antianum, & ſex Conſiliarios: tot enim Quadræ ſunt. 1. Pondoledum: ubi locus eſt ad Turrim vocatus. 2. Campus. 3. Eccleſia. 4. Milirolum. 5. Caſpogium: ubi olim Caſtrum Capitaneorum fuit. 6. Lanzada, Vedum, Ganda, & Tornadri.

In monte del Oro, Malerus amnis oritur; & ex loco, Buſco de Claretio, per eundem montem, ad proximos Prægallos & Engadinos, via ducit.

Ad cæteras nunc Communitates hujus Tertiarii, à dextro Abduæ latere incipientes, progredimur.

II. Pontum, magnitudine nulli totius Vallis oppido ſecundum: tres Decanos habet: Exemptorum, *(Gentilhomini)* Nobiliũ, & Vicinorum. Trans-Abduani vici Communitati huic inſerti ſunt; Satium, (ubi munitum quondam Caſtrum ejuſdem nominis) Carugum, Briotti, Alberda, cum parte Vallis Agnedæ.

III. Clurium; (ubi tres, ut ſuprà diximus, Decani ſunt) item Glera, Caſtionum ſuper Pontum; (hîc Turris quondam munita, nunc exciſa, viſitur) & Trans-Abduani, Caſtrum Aquæ, Scalvini, Pontiari, Vallis Arignæ, (unde Armiſa flumen oritur) & pars Vallis Malginæ.

IV. Trixivium, propter reſidentiam Capitanei & Vicarii, in Caſtro fortiſſimo, utì rudera indicant, quondam celebre. Hodiè Vicarius Vallistelinæ adhuc

huc pro tribunali ibi in controverſiis Civilibus ſedet: ibidemque Archipresbyteratus eſt. Contratæ ſunt; Burgus, Platea, Fovea, Sanctus Thomas & Menatti.

V. Mons Aquæ, ſupra Trixivium ſitus. Contratulæ ſunt; Ruſconum, Pledum, Palearii, Ramponi, & Rebuffi.

VI. Montanea, quatuor Quadras habet. 1. Nobilium eſt, qui ſparſim habitant. 2. Surana, & Sancta Maria de Perlongo. 3. De Bono, (ubi Pendolaſcum, ſuprà in dorſo, Turris fuit) & Doſſum de Boiſio. 4. De Leputiis; ubi Sanctus Joannes, Maſaretia, Prata, (torrens ibi Davalionus præterlabitur) Paini, Sanctus Antonius. Caſtrum ibidem fuit Grumellum, à familiâ de Piro poſſeſſum: aliud item ſuperiùs in monte, de Mancâ-pane dictum. Ad hanc Quadram ſpectant Contratæ, Spriana & Marvegia, in Valle Malenci ſitæ.

VII. Caſtionum, olim Communitas Andeveni dicta: ubi in medio montis, ſupra Caſtionum, Turris fuit. Quadræ ſunt quatuor. 1. Caſtionum ipſum. 2. Andevenum & Vendulum. 3. Griſonum, Moroni, & Platta. 4. Montis Quadra, Soverhum, & Pyrari.

IIX. Poſtalexium, cujus quatuor etiam ſunt Quadræ. 1. Poſtalexium planum. 2. Contrata de Sambrolo. 3. Del Doſſo. 4. Lonum.

IX. Berbennum, ubi Archipresbyter reſidet; duos Decanos, ac novem Colongellos ſeu Contratulas habet. Per flumen Finale Communitas ſecatur. Sub oppido ad ædem dirutam Sancti Michaëlis Caſtrum fuit Rocca Sciſa dictum. Contratæ ſunt, Polagia, Priviolum, Sgima, Duſonum, (ubi in monte ſuprà, ad

Sacel-

Sacellum Sancti Georgii, Caſtrum Mongiardinus ſtetit) Sedurnum, Rogoledum, Sognum, Muſcium, Leſcunum, Bulgarum, Sanctus Petrus, Pedemontum, Monaſterium, & Marogia.

X. Buſſettum, ad ſiniſtram Abduæ ripam, primum eſt: ædes hujus pagi, cis & trans Abduam, ſparſæ ſunt. Contratæ item; Pajoſa, à flumine ſic vocata, Vallis bona, & pars Vallis Agnedæ.

XI. Plateda; cui adhærent Beſſega, & Betoli. Fluviolus Venina præterfluit. Poſt hancce Communitatem, Vallis eſt, Ambria dicta: hujus incolæ quoad taleas aliquâ immunitate fruuntur, & nulli Communitati inſerti ſunt. Inde, ad proximos Bergomates callis eſt.

XII. Faedum, cum Sancto Bernhardo, totius Vallis minima Communitas eſt.

XIII. Alboſagia, quatuor Quadras habet: 1. Superior dicitur, & Cantonum, Paribellos, atque illos della Motta, comprehendit. 2. Inferior; ubi Moizi, & Delini. 3. Caraſale: ubi Turris Alboſagia adhuc ſtat. 4. Carbonera.

XIV. Cajolum, antiquitùs Communitas Soltogii appellata fuit; cum quinque Viciniis: 1. Cajolum eſt. 2. Liuri, à Valle dicti: unde etiam fluviolus ejusdem nominis erumpit. 3. Pranſera. 4. Loteri. 5. Nogaredum, cum Palude.

XV. Cidraſcum, præter pagum, Viciniam Montis Spinetæ ſeu Maſſones, cis Abduam, habet. Amnis præterlabens Cidraſcus etiam vocatur.

XVI. Fuſinę: ubi quondam multæ fabrorum ferrariorum officinæ, quæ pago nomen dedêre. In ejus territorio eſt Vallis Madre; in quâ eſt Vicinia Pizzabella.

bella. Amnis inde Madraſcus prorumpit: commodumque in Bergomatum ditionem iter eſt.

XVII. Ultima Tertiarii hujus, ratione ſitus, eſt Cōmunitas Colorina. hujus ſex Viciniæ ſunt. 1. Colorina ipſa. 2. Vallis. 3. Poyra. 4. Sanctus Jacobus; & in monte, Rodelum. 5. La Corna. 6. Mons Ononæ.

Tertiarium Inferius, Abduâ terminum ſtatuente, in duas Squadras, Morbenienſem & Trahonenſem, dividitur. Prioris à ſiniſtro Abduę latere ſitæ, duodecim Communitates ſunt.

I. Morbenium oppidum; quod à morbo nomen traxiſſe videtur: quod primitùs juxta templum Sancti Martini exſtructum eſſet, ubi paludes multæ, quarum exhalationibus aër corrumpitur. Sed temporis ſucceſſu, in locum ſalubrem, ad pedem montis, cui ab utrâque fluminis Bitti ripâ, (qui oppidum jam interluit) duo Caſtra impoſita erant, translatum, & mœnibus circumdatum fuit; quæ nunc ruinoſa jacent. Magnus eò populi ad nundinas hebdomodarias concurſus eſt. Ad templum Sancti Antonii, Cœnobium eſt Dominicanorum, ſub Prioris diſciplinâ; cujus fundatio ad annum Domini 1300. refertur. Ad oppidum etiam ſpectant Viciniæ, Camperbolum, Vallis & Arſium. Habent in adminiſtratione ſuâ duodecim Syndicos, & Caneparium.

Ex ſequentibus hinc, ſitus ratione,

II. Communitas Furcula ſe offert: ubi in planitie templum Divi Gregorii eſt. Talamonam versùs, munimentum magnum fuit, Turratia hodiè dictum: item Serta, Sylveta. In monte verò ſunt; Faidum, ubi S. Gotthardus, Fovea, Pratum, Levizolum & Soſtila.

III. Talamona; quam Rancajola amniculus alluit. Vicinias habet: Premianam, Dondonum, Serterium, & Vallem Tartani; quæ nomen à torrente ex eâ profluente, habet. Ibi Campus, pagus eſt. Vallis deinde in duas alias minores, Biorcham & Zocchatam vocatas, ſcinditur, utraque ad Bergomates tendit.

Proxima inde eſt Vallis Bitti, à flumine, ex altiſſimis montibus promanante, denominata.

In dextro hujus latere,

IV. Communitas Bema eſt, ad quam vicus Tayda, in alterâ ejus ripâ ſitus, pertinet.

V. Albaredum; unde regia & trita via, per proximum montem, ad Bergomates ducit.

Ab alterâ verò Bitti ripâ, monti magìs propinquâ, Communitas eſt

VI. Gerola; cujus Viciniæ; Platea, Rapizzi, Mazzi, Caſtellum, Lavezolum, Fovea, Tegiola, Roya, Nanſonchium, Caſinellæ & Fœnile.

VII. Pedeſina; unde callis eſt in Vallem Saxeam, Ducatus Mediolani.

IIX. Raſura, cum Contratâ de Molendinis.

IX. Coſium, ſedes quondam Prętoria in planitie, ex antiquioribus Vallis oppidis eſt. Suprà in monte, arx munitiſſima fuit, à Vice-Dominorum familiâ olim habitata; jam deſtructa. In monte ſunt; pagus Saccus, ſuperior & inferior. In planitie verò; Rogoledum, Plantina, Planium, Vallate: ibi Abbatia Sancti Petri fuit.

X. Rogolum: ſupra quod, in monte, arx Sancti Georgii fuit; Viciniæ ſunt; Andelum, Occha, Fiſtolera, & Caſſinæ.

XI. Alebium, (quæ Communitas, per torrentem Lexi-

Lexinam, à Rogolo ſeparatur) pagus amplus eſt,& domus hinc inde diſſitæ. Abbatia ibi, Aqua frigida vocata,Ordinis Ciſtercienſium quondam erat.

XII. Ultima in hoc Tertiario Communitas, eſt Plantedium;cujus ædes quoque diſperſæ ſunt. Ibi in Confinibus, ad foſſam, per quam Abduas olim fluebat,fuit Burgus Franconis, à Francileone, Imperatoris Mauritii militiæ duce, (utì libro tertio monuimus)dictus. Ibidem hodiè eſt templum Sanctæ Agathæ,& in circuitu rudera quædam Urbis eximiæ Volturenæ cernuntur. Non procul ad Larii lacus ripam, Turris Olonia fuit:& Sancti Stephani Sacellum.Hîc, utì & in proximo loco Montecchio, à Comite Fontium,Gubernatore Mediolani, anno 1603. duo propugnacula (ut alibi prolixiùs explicavimus) erecta fuere.

Squadra Trahonenſis in undecim Communitates diviſa eſt.

I. Trahona,oppidum Prætorium, in ſuos Cantones diſtributū: videlicet Somagna, Monſcuccus,Suſingovum, Coſedum, Manetiæ, Corlatium, S.Agatha, Valleta,Biogium; quod in alto monte ſitum eſt.

Retrogrediendo ad fines Tertiarii de Medio,

II. Communitas Bulli,in monte ſita eſt:cui annumeratur Villapicta in planitie.

III. Communitas Ardenni; ab ardendo, ob nimium æſtum, ſic appellata. Præpoſitura Sancti Laurentii hîc eſt. In planitie,Caſtrum fuit, à Capitaneorum familiâ erectum. In monte,arx Sancti Lucii. Viciniæ montanæ ſunt; Gadiū,Platea-longa,Plota,Biolum, Scenenum, Fovea: in planitie verò, Maxinum,à flumine nomen trahens.

Conſcendentibus montem Pelaſcum, retrò jacet

IV. Datium: inde dictum, quòd hîc telonium de armentis, quæ in Valle Maxini æſtiva habebant, Principi perſolveretur. Contratulæ ſunt; Rovelidum, & Ceridum. Ibi, in proximo monticulo, qui culmen de Datio dicitur, apparent veſtigia exciſæ arcis; quæ pro ſpeculâ totius Vallis ſerviebat.

V. Clivium; pagus antiquus eſt. Huic Communitati inſerta ſunt; Caſpanum, (ob ſedem Paravicinorum & Mallacridarum celebre) Bedolium, Caſa Pici, Caſa Saxi, Roncalea inferior & ſuperior, Tovate, (à torrente præterlabente nomen ſortitũ) Chempum, Vallate, Nogaredum, Seronum, Sylva-plana, Aquamarcida, & Cevum in Valle Maxini.

VI. Mellum, & huic additum Conſelium, (cui Caſtrum, Demophilos dictum, Vice-dominorum olim habitaculum, imminet) Sanctus Joannes, Clivaſca, Prægroſſum, & Vallis Maxini; ubi Sanctus Antonius, Cataegium, Filolera, Remenum, (ingens hîc ſaxum, coloſſi inſtar, cernitur, magnitudine 35. latitudine 10. & altitudine 15. ulnarũ) item Sanctus Martinus. Prope hunc thermæ ſunt, à Maxino flumine, qui inde ex monte oritur, dictæ, cardiacis præſertim & hepaticis ſalubres: quarum virtutem Joannes Gulerus à Veineck, Eques Auratus, in hiſtoriâ Rhætiæ; itemq; Petrus-Paulus Paravicinus, Medicus Comenſis; & Joannes Andreas Mallacrida, Medicus Volturenus, ſcitè deſcripſerunt. Eſt in eâdem Valle Vicinia, Cornolum vocata, nulli Communitati inſerta: quæ collectas ſuas ſeparatim ſolvit.

VII. Cercunum: cui adhærent, Pluſognum & Creſta.

IIX. Ci-

IIX. Cinum; cui ædes aliquot hinc inde ſparſæ annumerantur. Caſtrum ibi propè in ruinis cernitur.

Reflectentibus in planitiem,

IX. Campus Vicus occurrit. Vicinias habet, Cermeledum, (cui Dorſum Vice-Comitis incumbit: ubi arx familiæ Caſtellorum Sancti Nazarii fuit) Deſcum, & Barcum.

X. Mantellum: cui Viciniæ aſſignatæ ſunt; Soriate, Puſterla, & Cortile.

XI. Dubinum; Viciniam Forzonicum habet.

Monaſterium, (ſic dictum, quòd Conventus Monialium ibi fuerint: quæ propter aëris intemperiem, Comum, aut ad Sanctum Laurentium in monte Sondrii ſe contulêre) etſi tantùm Vicinię nomen, non autem Communitatis, habeat; æſtimum tamen ſeparatim ſolvit. Hîc mons Sancti Juliani eſt, à Sacello ibidem exſtructo vocatus. In Confinibus Comitatus Clavennæ ſunt; Proveſcium, Morterium, & Bocca (*Oſtium*) Abduæ, qui in Larium ibi influit.

Ad Comitatum tandem Clavennæ pervenimus. (Nomen hoc à clave venit: per Caſtrum enim Clavennæ, tanquam per clavem, exteris populis tranſitus in Italiam olim præcludebatur.) In duas ille jurisdictiones, Clavennenſem & Plurienſem, tribuitur, munitiſſimo loco ſitus. Orientales habet vicinos Prægallos: Occidentales, Miſauctos, & Larii lacus accolas: à Meridie, Boccam Abduæ: ab Occidente, Vallis-Rhenanos & Averſenſes, Lepontios Rhætos.

Clavennenſis jurisdictio in tres iterum partes eſt diviſa. 1. In Oppidum ipſum, cum Viciniis adhęrentibus. 2. Cõmunitates quatuor exteriores; & 3. Vallem Sancti Jacobi.

I. Oppidi meminit Antoninus Auguſtus, in Itinerario ſuo. Hodiè pulcherrimis ædificiis exornatum cernitur: magnusque illuc populi, propter commerciorum frequentiam, concurſus. Anno 1486. à Bonâ, Joannis Galeatii, Mediolani Ducis, matre & tutrice, contra impetus vicinorum Rhætorum, mœnibus cinctum fuit: quæ collapſa nunc jacent. Caſtrum munitiſſimum ei imminebat; cui principium Comes quidam Angleriæ, anno 1162. ſibi à Friderico I. Imperatore timens, dedit. Aedificium Joannes Galeatius & Joannes-Maria Vice-Comites, Mediolani Duces, auxêre. Lazerta, Præfectus Galliæ Regis Ludovici, anno 1500. aggeribus communiit. Tandem à Dominis Rhætis, anno 1536. cum aliis Caſtris in Vallelinâ, deſtructum fuit.

In oppido ſedem habet Archipresbyter, & Magiſtratus à Rhætis miſſus, quem Commiſſarium vocant. Hi cum mero & mixto imperio, gladiiq; poteſtate, (utì etiam Plurienſis in ſuâ jurisdictione) in Civilibus, Criminalibus, & Matrimonialibus, jus liberè exercent. Vicarium in Maleficiis nullum habent; ſed ad ſtatutorum Comitatus (quæ in multis diverſa à Volturenenſibus ſunt) obſervationem juramento adſtricti, in gravioribus cauſis, jurisperitorum operâ & conſilio plerumque utuntur. In toto Comitatu, ſub deſignatis Capitaneis, mille ſelecti milites, albo inſcripti ſunt.

Oppidani verò, hanc in ſuis rebus adminiſtrationis formam obſervant. Eligunt ſingulis annis, & ſorte plerumq; adhibitâ, Conſulem, & Vice-Conſulem, qui Quæſtoris munere fungitur: binos item juſtitiæ Conſules, quorum munus biennale eſt; duos Syndicos, ad defen-

defenſionem privilegiorum oppidi; duos Proviſionarios, ut vocant, qui etiam biennales ſunt; virum unum Conſilii, & Cancellarium: his adduntur quatuor ex provectioribus, qui adjuncti, *l'aggionta*, appellantur. Quatuordecim iſti, poteſtatem rerum publicarum oppidi habent.

Viciniȩ, ad oppidum pertinentes, hæ ſunt: Bettum, Dragonera, cum Crotto, (propter cryptas ſubterraneas, quarum maxima circa oppidum eſt copia, quibus illi pro cellis vinariis utuntur) item Maina, Campadellum, Planazola, Orellum, Tannum, Planum, & Capiola.

A' ſiniſtro autem Mairæ fluminis latere; Prata, I. Communitatem invenimus. Hujus Viciniæ; Dona, (ubi Cœnobium eſt Monachorum Sancti Benedicti, ſub Priore viventium, fundatum à Valentinâ, Joannis Galeatii filiâ, Duci Aurelianenſium nupta) Stova, Pratella, Uſcionum, Lodenum, Vallis Bovera: in planitie, Mala-guarda, & Bella-ſpata.

II. Communitas, eſt Novatum, in duos Conſulatus diviſa; Novatenſem, & Samolicenſem. Novatum, caſtrum in monticulo habuit: cui inſerviunt, Ripa Lacus, Metiola dicta, (ubi merces, quæ per Larium vehuntur, in publico borbonio aſſervari ſolent) Campus, Verceium, Ceium, Vicus, & Vallis Codera, à monte Coderâ ſic vocata; ubi Codera & Cola in ingreſſu Vallis eſt.

Abduam tranantibus, primò ſe offert Samolicũ, ſive Summus lacus, ut Antoninus Auguſtus in Itinerario habet: in capite enim lacus ſtat. Hîc Sanctus Fidelis, ſub Imperatore Maximiano, martyrium ob Chriſti confeſſionem ſuſtinuit: cujus corpus anno 937.

no 937. ſub Epiſcopo Ubaldo, Comum translatum fuit.

Viciniæ illius ſunt; Vigazolum, Caſenda, Era, (cui Caſtrum Sancti Andreæ à Trivultiis exſtructum, impoſitum erat) Pajedum, Sylva-plana, Monaſterium, Nogaredum, Roncionum, Mons-novus. Alia quoq; fuit ibi Turris, Paniſperdutus vocata, parùm diſtans à fluviolo Bogiâ, qui in Mairam illabitur. In planitie ædes aliquot ſunt, ad Trivultiam dictæ.

III. Gordona: prope quam Caſtrum S. Catharinæ ſtat. Contratulæ illius ſunt; Coloredum, Scioium, Cuſparanum, Cimavilla, Pontum, Vallis de Bodegno, Montes de ſummâ ruinâ. Ex hac Communitate iter, per montem Furculam, ad Miſaucos eſt.

IV. Meſe eſt; pagus nomen hoc Communitati dedit. Contratulæ ſunt; Scandolera, Piperellũ in monte, (ubi Caſtrum ejusdem nominis fuit) Caſtrona, & Carcaſaccum.

Vallis Sancti Jacobi, ſeu Campus-Dulcinus, in duodecim Quartarias dividitur; quæ ſunt: S. Jacobus, & S. Guilelmus; (ubi corpus ejus ſepultũ eſſe dicitur) Vohum; (ubi Eccleſia Beatæ Virginis Mariæ, & Lironum eſt) Campus-Dulcinus, ſeu Sanctus Joannes, ob templũ dictus; Frazitium, (ubi Caſtrũ fuit) Montes Sancti Bernardi; Montes de Medio; Madeſium, (olim Tarveſede, [*torvaades*] ut Antoninus innuit, dictum, ubi regia via erat) Planazũ, Porcaretia; Stambilonum, & Sterletia: item Inſula, Turni, Tegiatum, Raſtelia; ubi principium Cardinællis eſt. Via præceps ita vocatur, per Urſulerum montem, qui alpium Adularum membrum præcipuum eſt, & per excellentiam etiam Adula dicitur. Ex eo Lira amnis oritur, & Mairæ ſe

ræ ſe prope Meſem miſcet : ſunt in monte ipſo veſtigia Turris antiquæ; ubi via regia dividitur: altera per Tarveſedem; altera per Cardinællem, ducens. In monte ipſo præterea hoſpitium eſt, tranſeuntibus percommodum.

Hæc Vallis civilem jurisdictionem habet: ubi Miniſtralis, Locum-tenens, Cancellarius à duodecim Conſiliariis eliguntur. Appellationes ad eoſdē duodecim Conſiliarios Vallis deferuntur. De livellis autem, & cenſibus cum pacto luendi, coram tribunali Clavennenſi reſpondere tenentur.

Prætura Plurienſis, (Prætor enim Rhæticus ibi Magiſtratus eſt) à Clavennenſi juris dictione, per flumen Pluviam diſtincta eſt; ſuumque etiam habet Archipresbyterum. Oppidi nomen à plorando deducunt. quondam enim magnâ aquarum & ſaxorum ruinâ oppreſſum dicitur; & proinde in alium locum, ubi Caſtrum Bellòfortum ſitum erat, translatum. hodiè populoſum, & ædificiis ſumptuoſis ornatum eſt.

Jurisdictio in duas Communitates diſtinguitur; Plurium ſcilicet, & Villam.

Plurienſis Communitas, Conſulem cum novem Conſiliariis habet. Horum quinque cum Conſule in oppido, ubi etiā ſunt Vice-Conſul, Caneparius, duo Conſules juſtitiæ, & totidem Proviſiônarii.

Ad oppidum ſpectant; Sancta Crux, Sanctus Martinus, & Aurogum; ubi Caſtrum fuit. Viciniæ deinde ſunt; Cilanum, (ubi caſtrum ejuſdem nominis eſt) Polinum, & Pradelium; Roncalia item, Peſtera; (hîc ſumptuoſiſſimum familiæ Vertematum-Francorum palatiū viſitur) Borſium, Crana, Giupedum. In montibus deinde, Savonium, (unde iter ad Averſenſes

Rhætos) Daſile & Carottum. In montibus ex adversâ Mairæ ripâ, lapis eſt; ex quo antiquitùs (atteſtante Plin. lib.36. c.22.) lebetes [*lavezzi*] coquendis cibis utiles, aliaq; vaſa, tornari ſolent; quæ ad circumvicinas regiones, magnâ quantitate devehuntur.

Villa, altera Communitas, ita à pago dicta eſt. Ad eam pertinent Viciniæ; Ponteila, Clavera, (caſtri rudera ibi cernuntur) Sanctus Euſebius, Canetum, Poirum, Tajedum, (quò habitatores, qui olim Pondeiæ in confinibus erant, ſe contulêre) & Pyrarium. A' Valle Prægalliâ, per flumen Loverum, ſeparatur.

Et ſic Rhætiæ primæ Inalpinæ ſitum, antiquitates, bella, fœdera, & politiam, ſummâ quâ potui brevitate, & fide hiſtoricâ, deſcripſi, inveſtigavi, enarravi, tradidi, finii: ad gloriam D e i *Omnipotentis, & dulciſſimæ Patriæ exaltationem.*

Amen.

IN-

INDEX
LOCORVM, PERSONARVM, ET RERVM.

A.

ABBAS Diſertinus 84.86
Abbatia Diſertinenſis 196
Abbas ad Eremitas, belli author 84
Abbatia ad S. Joannem 95. S. Petri 290
Abbatiſcellani cum Abbate Sancti Galli & Auſtriacis belligerantur 90
Abbatiſcellani bello petiti 92
Abdua flumen 125.173.234.276
Abundantius Epiſcopus Comenſis 214
Accurſius Laudenſis 135
Acerienſis conventus 255
Acerienſis juriſdictio 244.245
Acerium 255
Adamus Graſſus 149
Adelbertus Comes de Camertingen 233
Adelbertus, Comes Rhætiæ 62.63
Adelheida, Lotharii Regis vidua 69
Adelramus Quadrius 76
Adelrychus, Rhætiæ Præſes 63
Adolphus Naſſovius Imp. 83
Adrianus Imp. 222
Adula, mons 21.296
Adula alpes 23.296
Aduncum 272
Advocatus à Matio 82.83
Aegidius à Monte 126.203
Aegyptii 91
Aeſopcia, Epiſcopi Curienſis uxor 53.208
Aeſtimum 279
Aetuatii 8.195.198
S. Afra 40
S. Agatha 291
Agilulphus Longobardorum Rex 56.195
Agneda Vallis 286.288
Ainum 241
Aiſtulphus, Rex Longobardorum 59
Alaricus, Gothorum Dux 47.48
Alberda 286
Albaredum 290
Albertus Arbogaſtus, Baro ab Heuuen 205
Albertus Imp. 83
Albertus Archidux Auſtriæ 87.151
Albertus, Auſtriæ Dux, Sarunetum oppidum, caſtrum, & ditionem capit 95
Albertus Comes à Verdenberg 89

Alboinus, Longobardorum dux 11
Alboſagia 288
Albula mons 117.118.228.234
Alebium 123.290
Alexander Gonzaga 133.135
Alſaſcinum 230
Alſurnus mons 275
Alienus Cacina, partium Vitellianarum dux 32
Allemanni unde dicti 35
Allemanni Italiã invadentes victi 50
Allemanni quando in Rhætiâ primò aliquid occuparint 49
Allemanni cum Romanis pacem & fœdus pangunt 42.44. Gallias & Rhætias populantur 43
Allemannorum incurſiones 41. ſtrages 39.42
Allicetum 284
Almenum 227
Alovſius Borſerius 135
Aloyſius Quadrius 268
Alphonſus Comenſis 81
Alphonſus Davalus 147
Alphonſus Ferrariæ Dux 142
Altagno 283
Altenſius 226
Altum Amiſium 23
Altum Balconum Caſtrum 199
Alto-ſaxum, caſtrum 90
de Alto-ſaxo dominium 23
Alto-Triniani 204.205
Alvinorum vicus 258
Alvonovana juriſdictio 243.247 258
Alvonovani 247
Amatia arx 282
Ambigatus, Galliæ Celticæ præſes 5
S. Ambroſius 276
Ambroſius Lieta 149
Ambroſius à Monte ibid.
Ambria Vallis 288
Amburg turris 218
Amedes 197.200.207
Anna ab Haldenſtein 261
Anna à Schovenſtein ibid.
S. Anna ſacellum 190
Andelum 290
Anderſla 213
Anderum 211
Andeſtum 200
Andevenum 287
S. Andreæ Caſtrum 296
Andreas Moronus 176
Angelus Puſterla 92
Anni à Chriſti nativitate numerari cœpti 65
Annibal Comes Clavenus 268
Antharis, Longobardorum rex 56
M. Antoninus Imp. 222.229
Antoninus Philoſophus & Lucius Verus conjunctim imperant 34
Antoninus Phil. ſolus imperat 35
S. Antonius 223.275.283.287.292
Antonius
- Balbianus Comes 267
- Baſſæus 137.139.267
- Brochus 93
- à Brentio 272
- de Levâ 146
- Martinaſcus 93
- Naſalis ibid.

Antonius
- Quadrius 171
- à Salis 147.148
- à Sonvig 179
- Triumvir ex Alpibus triumphavit 13
- Trojanus Routſchius 149

Apparitor fœderis 195
Appellationum ratio apud Rhætos 162
Appius Claudius Lateranus 37
Aqua calida 285. frigida, Abbatia 291 marcida 292
Arbetio, magiſter equitum Conſtantii Imp. 41
Arbor-felix 45
Arcadius, Orientis Imp. 46
Ardenni communitas 291
Ardetianum caſtrum 112
Ardetio, Epiſcopus Comenſis 77
Ardetium 236
Argentaria 45
Arigna Vallis 286
Armiſa flumen ibid.
Arnholdus, Rhætiæ Dux 58
Arvigum. 213
Arnoldus de Amaciâ 79
Arnolphus Imp. 65.66
Arquini 285
Arſium 289
Arulæ mons 101.118
Arulæ origo 198
Aſcenaz, Noæ pronepos 7
Aſcherii 285
Aſimo Epiſcopus Curienſis 214
Aſmatium, pagus 103.104
Aſpermontum Caſtrum 80.108. 256
Aſtum 138
Athefis ortus 23.238
Attila, Hunnorum Rex 48
Avenionum 147
Averſa 154.221.231.237.242
Aufidius Victorinus 35
Augia 235
ad Augias 234
Auguſta Vindelicorum, colonia Romanorum 19. ſedes Præſidis ſecundæ Rhætiæ 34
Auguſtinus Epiſcopus Vercellenſis 135
Auguſtinus à Trivultiis 210
Auguſtus Imp. Rhætos aggreditur 13.14. Rhætici belli periculo in Galliam conceſſit 17
Avicula mons 147.211.212
Aurelianus Imp. 39
Aurelius Licinius Valerianus Imp. 39.
Aurelius Severus Imp. 38
Aureolus, ex 30. Tyrannis unus 39
Aurogum 297
Auſtriæ Principum diſſidia cum Epiſcopatu Curienſi 99
Auſtriacorum copiæ ab Helvetiis ad Ragatium obrutæ 95
Auſtriacorũ fœdus hæreditarium cum Helvetiis 98. cum Rhætis 159
Auſtriacorum & Helvetiorũ prælium ad Sempachium 89. ad Navalia ibid.

Auſtriacorum & Tigurinorum prælium ad Vitodurum 82. ad Tatuillam 87
Auſtriacum bellum contra Epiſcopum Curienſem 96
Azo Vice-Comes 285

B.

Badino turris 253
Badinus Paravicinus 268
Baidemum 201
Baldenſtein 227
Balthaſar Claudebulius 116
Balzares Vicus 106
Baptiſta Capitius 93
Baratta 283
Barbara à Sonnenberg 207
Barbarorum irruptiones in Italiam 42.43
Barbatio, magiſter peditum Conſtantii Imp. 42
Barcum 293
Barnabas Vice-Comes 266
S. Barnabæ mons 198
Barones { *à Bello monte* 201.204
à Lympurg 206
à Rhætio ibid.
à Valdpurg 226
à Vatio 203.204.205.226.227.228.242.256 }
S. Bartholomæus 276
Bartholomæus Bilgerus 253
Bartholomæus à Caſtromuro 168
Bartholomæus Jacob. Stampa 149
Bartholomæus Jegenus 149
Bartholomæus Planta 206
Bartholomæus Salicæus 125 172
Bartholomæus Stampa 205.206
Baruffini 282
Baſileæ pax inter Cæſarē & Confœderatos facta 121
Baſſola 286
Battagna mons 263
Bazen 211
Beatus à Portâ 172
Bedolium 292
Belanum 272
Bellaguarda Caſtrum 283
Bellamira 284
Bellanum 134
Bellaſium ibid.
Bella ſpata 295
Belliſarius Dux 51
Bellofortum Caſtrum 109. 243. 247.258.297
Bellofortenſes 182.246
Bellofortenſis jurisdictio 260
Bellofortenſis Vallis 249
Bellovoiſus 5
Bellum Allemannicum 43. Burgundicum 136. Gallicum & Rhæticum 43. cum Jo. Jacobo Medicæo 121. & ſeqq. inter Juſtinianum Imp. & Theodatum Oſtrogotthorum Regem 51
Suevicum adverſùs Helvetios 97. & ſeqq.
Bema 290
Benacus lacus 275
Benedictus à Fontanâ 116.267
Benedurani 219
Bendurum 220

Berben-

Berbennum 128.130.287
Berchimairus, Sueviæ gubernator 63
Berchtilo Abbas ad Fabarias 73
Berenburg Caſtrum 115.192.193
Berengarius, Rex Italiæ 65
Bergomates 23.128.273
Berguníenſes 227.229
Bergunnium 154.221.228
Berneck Caſtrum 260
Bernenſis civitatis fœdus cum Rhætis 156
S. Bernhardus 288
Bernina mons 125.234.241.269
Beroldus, Epiſc. Argentinenſis 61
Bertholdus, Abbas S. Galli 80.81
Bertholdus Comes in Enjatinâ 233
Bertholdus, Epiſcopus Curienſis 79.82.83
Bertholdus à Fontanâ 267
Bertholdus, Rhætiæ Dux 58.66.67
Bertholdus à Zeringen 73.75.78
Berthramus Previda 81
Beſſega 288
Beſta 284
Betoli 288
Bettum 295
Beverum 234
Biccoca pagus 145
Bicornus mons 198
Biltiona, oppidum 92.140.141.190
Biltionenſis Comitatus 23
Biogium 291
Biolum ibid.
Biorcha Vallis 290
Birſellum Caſtrum 199
Bittus flumen 289
Bitti Vallis 290
Biverenſes 234
Bivium 154.221.230.231.237
Blanzonum 283
Blaſius Mallacrida 122
Blumeneck 23
Blumenthal 201
Boaltium 284
Bobii Cœnobium 195
Bocca Abdua 293
Bogia fluviolus 296
Boji Italiam invadunt 6
Bojolum 283
Bologna, Caſtri Clavennæ Præfectus 123.127.128
Bolonia 147
Bonadulcium 207
Bona, Duciſſa Mediolani 294
de Bono 287
Bonoſus, Rhætici limitis dux 40
Borghuſium 240
Bormienſes Comenſibus cedunt 79. *Epiſcopatui Curienſi rurſum dediti* 83
Bormienſis ditio 275
Bormium 143.266.270.273.275
Borſium 297
Boſca 236
Botigioli 282
Bovera Vallis 295
Boviſia arx 205
Brailius mons 102.276
Brailum 236
Brennus Gallorum Dux 6.12

Bren-

Breunia Vallis 198
Brienzolum 229 258
Brigantium 23.221. obſeſſum 90. occupatum & combuſtum 74
Brigelia paræcia 198
Briotti 286
Brugoji 113
S. Britius 273.277
Brixia 266
Brulinium 230
Brulſum 197
Bruneck 202
Bruſium 241
Brutus Rhætos Italiæ imminentes repreſſit 13
Buccellinus, Allemanniæ Dux 55
Buffettum 288
Buladorum 282
Bulgarum 288
Bulli Communitas 291
Burckardus, Allemanniæ & Rhætiæ Dux 66
Burckardus 2. Sueviæ Dux 67
Burckardus 3. Rhætiæ Dux 69
Burckardus, Comes ab Helffenſtein, Rhætiæ Dux 69
Burckardus, Comes Hiſtriæ 62
Burckardus à Schovenſtein 261
Burghuſum 236
Burgundi equites 120 121
Burgundiones in Allemannos exciti 44
Burgum arx 210
Burgus 287
Burgus Franconis 291
Burgus novus 232
Burgus S. Petri 237
Buſcus de Claretio 286
Buſenum 213

C.

Cabiolum 213
Cacia monaſterium 53
Cacium 208
Q. Cæcilius Ciſiacus Rhætiarum Prolegatus 34
Cæſar Borgia, Dux Valentinus 139
Cæſar Martinengus 93
Cæſariani milites blaſphemi, & contumelioſi 103.104.106.109
Cajolum 288
Calanaſca flumen 213
Calancha Vallis 213
Caletum recuperatum 149
Callies 209
Cama 213
Cambſum 110
Cambus Plaſco Hetruſcus 264
Camera Imperialis Spiræ 99
Camontium 201
Campadellum 295
Campaſtium 241
Campellum 227.241
Camperbolum 289
Campilionum 241
Campi Malii 115.121
Campionum 213
Campovaſtum 234
Campſuptum 231
Campus 202.239.282.286.290. 293.295
Campus-Dulcinus 296

Cam-

Campus de Luco 276
Campus D.Petri 100
Camuni 13.23.273
Cancellarius fœderis 195
Canetum 297
Canini campi 221
Canities Caſtrum 237
Camonica Vallis 266
Cantones 280
Cantonum 288
Cany 255
Caocum 213
Capiola 295
Capitulares 255
Capreſium 260
Capricornus, inſigne Epiſcoporum Curienſium 55
Caprile 232
Caprina 213
Caput Geni 232
Caraſale 288
Carathum 128 146
Carbonera 288
Carcaſaccum 296
Cardinallis ibid.
Carolomannus 59
Carolus
- Martellus 58
- Magn. Imp. 60. 61. 239
- Calvus Imp. 64
- Craſſus Imp. 64.65
- IV. Imp. 86.87
- V. Imp. 147.148. 223
- VII. Galliæ Rex 157
- IIX. Galliæ Rex 137. 138.157
- IX. Galliæ Rex 149. 150. 158
- Aquitaniæ Rex 63
- Burgundiæ Dux 98. 136.157
- Dux Maynus 151
- Sueviæ Dux 63
- Balconus 176
- Borromæus ibid.
- Taleavia de Aragonâ ibid.

Carona 284
Carottum 297
Carugum 286
Caſale 231
Caſanna mons 117.238
Caſanova 226. Pici 292. Saxi ibid.
Caſatium 196.231
Caſa vena 104.113.115.121.240
Caſenda 296
Caſinella 290
Caſpanenſes 270
Caſpanum 292
Caſparus
- Baſelga 183.184
- Hoſſang 127
- Sermundus 276

Caſpogium 286
S.Caßianus 232
Caßina 290
Caſtanetum, pagus 124.213
Caſtaſegna 232
Caſtelberg 201
Caſtellatium 211.213
Caſtellenſis juriſdictio 254
Caſtellinum arx 254

Caſtellonum 255
Caſtellum 260.290
Caſtels Caſtrum 254
Caſtionum 286.287
Caſtra Rhatica 22.23
Caſtrenſis juriſdictio 244.245
Caſtriſium 202
Caſtromorum 81
Caſtrona 296
Caſtium altum 57
Caſtrum Aqua 286
Caſtrum Bellum 118
Caſtrum Caſtrenſe 108.245
Caſtrum de Flumine 80
Caſtrum de Olzate 241
Cataegium 292
Catharina Comitiſſa à Verdenberg 243
Catharina à Vatio 207
S.Catharina fons 106. caſtrũ 196
Cathedrale fœdus 214.220.222
Cathedrales 258
Cathedralium Communitatum fœdus 154.156
Cathedralium Rhatorum fœdus cum Helvetiis 100
Cattorũ in Rhatiam irruptio 34
Cavallia 241
Ceium 295
Celerina 234
Celerinenſes ibid.
Celinum 221.237.238
Celinus vicus 119
Celta, priùs Aſcenaz dictus 7
Celtica gentis origo ibid.
Celtis rapina ac latrocinia pro nullâ infamiâ habita 14
Centena 213
Centuriati 283
Cepina 209.214.276
Cepinenſis juriſdictio 191.193.207.217
Cercunum 292
Ceridum ibid.
Ceriſola 147
Cermeledum 293
Cernetium 120.236
Cervium 239
Cevum 292
Chempum ibid.
Chiana flumen 148
Childebertus, Rex Franciæ 56.58.59
Chriſtianus Juonius à Sontio 151
Chriſtianus Rex Daniæ 96
S.Chriſtina 283
Chriſtophorus à Capaulo 203
Chriſtophorus à Hertneg 261
Chriſtophorus Madrutius 131
Churberg caſtrum 239
Ciceronium 225.226
Cidraſcum 228
Cidraſcus amnis 288
Cieſſa 258
Cilanum 297
Cimavilla 296
Cimuntium 198
Cingari 91
Cingiacum 199
Cinum 293
Cinuſcal 235
Cirignola 141

Civilis Batavus Dux Romanus bellum movet 33
Clanatum 135
Clautinatii 252
Claudius Dux Guiſius 128
Clavenna, oppidum & caſtrum 122.123.126. 267.294
Clavenna arx deſtruitur 128
Clavenna caſtrum aſtu occupatum 90.96
Clavenna comitatus 143.177. 266. 270. 272. 273. 293
Clavennates 22. *Epiſcopatui Curienſi parent* 79.87
Clavennates articuli 178
Clavennenſes libertatem promulgant 95
Clavennenſe telonium 169.217
Clavennenſis jurisdictio 293. *oppugnatio* 169
Clavera 298
Clemens 7. Pontifex 146
Clingenborn caſtrum 256
Clivaſca 292
Clivium ibid.
Clivus S. Lucii 104.105.106.1.4. 118.119.121
Clodoveus Franciæ Rex 50
Clotharius 2. Rex Franciæ 57
Cluginum 211
Clurium 286
Cluſa 255
Codera 295
Cœnobiana jurisdictio 246.253
Coſedum 291
Cola 195
Collis 227
Cologna 282
Columbera 286
Colongelli 280
Coloniarum deducendarum ritus religioſus 19
Coloredum 296
Colorina 289
S. Columbanus 105
Comanna 200
Comes rei militaris in utrâque Rhætiâ 34
Comites { *olim judices erant* 52; *ab Amaciâ* 228; *Montfortii, Rhætiæ Præſides* 54; *à Verdenberg* 203.205 }
Comitum Brigantinorum familia extincta 54
Comenſes Inſubres 22
Comenſes Epiſcopatui Curienſi bellum inferunt 79
Comitia trium Fœderum 222
Comitiorum & Conventuum Rhæticorum forma 164
Compallium 199
Comum { 125. 270. 271; *à Rhætis afflictum* 12; *Rhætis ereptum* 13 }
Concilium { *4. Chalcedonẽſe* 214; *Triburienſe* 66; *ſecretum Curiæ* 182 }
Conradinus, ultimus Dux Sueviæ 80
Conradus Imp. 66.71.76.77
Conradus IV. Rex Romanorũ 80

Conradus 6. Allemanniæ Dux 70
Conradus, Henrici 6. Imp. frater, Sueviæ Dux 78
Conradus
- Epiſcopus Auguſtanus 77
- 2. Epiſcopus Curienſis 258
- à Bellomonte, Epiſcopus Curienſ. 81
- à Bybrech, Epiſcopus Curienſis 76. 219
- Belinus 269
- Geſnerus 257
- à Marmore 103. 116. 206
- Planta 123. 142. 173. 269

Conſelium 292
Conſtans, Italiæ, Africæ & Illyrici Imp. 41
Conſtantia, urbs 11
Conſtantinus Imp. 40. 221
Conſtantinus F. Galliæ, Hiſpaniæ & Britanniæ, imperat 40
Conſtantius Imp. ibid. 41
Conſtantius, Epiſcopus Curienſis, & Rhætiæ Præſes 60
Contrata 241. 280
Contrata Pontis 282
Controverſiarum inter fœdera Rhætica componendarum ratio 163. 164
Contrum 230. 253
Convallium ibid.
Conzo, Rhætiæ Dux 57
Corenum 272
Corlatium 291
Cornelius de Boßiis 262
Cornolum 292
Cortile 293
Corvantiana juriſdictio 247. 258
Corvantiana Vallis 258
Corvantii 182. 219. 221. 252
Coſettum 283
Coſium 265. 290
Coſium caſtrum ſolo æquatum 83
Coſmus Medicæus 145. 148
Corvantii 8. 10
Cralochus, Abbas S. Galli 69
Crana 297
Cremetum 212
Cremona capta 143
Creſta 231. 239. 292
Creſtatia caſtrum 199
Criſpalta 23. 195. 198
Cropfenſtein 199
Crottenſtein arx 263
Crottum 231. 295
Crucium pagus 255
Crux 238. 297
Crypta alba 233
Cultura 232
Cumanilſum 198
Cumbetum 201
Cunigundis Comitiſſa à Verdenberg 243
Cuno à Stauffen, Abbas S. Galli 90
Cupa 260
Curallia, vicus 198
Curia 164 221
Curienſis civitas 242. Sarunetibus auxilium præſtat 93

Curienſis
- Civitatis diſſidium cum Epiſcopo 92
- Civitatis privilegia 224
- Epiſcopatus 40. 214. Bormium, Peſclavium, & Comitatum Clavennæ amittit 87
- Epiſcopatus circuitus 21. diſſidia cum Auſtriæ Principibus 99. privilegia 72. 73
- Epiſcopus à Magiſtratibus creandis excluſus 168
- Epiſcopi pacta cum tribus Rhætiæ fœderibus 169
- Præpoſitura 218
- Reformatio 179

Curienſium Epiſcoporum catalogus 214. dominium 217. ſedes & aula 218
Curtes 231
Curtis Epiſcopatus Curienſis 225
Curtis regalis in civitate Curienſi 69. 70
Curtiſani 168
Cuſparanum 296

D.

Dabinum 213
Dagobertus, Rex Frãciæ 57. 195
Dalebium 127
Dalvatia flumen 254
Dalum 227
Damalium 101
Danetum 211
Daniel Veturius 92
Darpagauſum 198
Darvella 199
Daſca 213
Daſile 297
Datium 132. 292
Davalionus torrens 287
Davoſiana juriſdictio 243
Davoſianæ regionis deſcriptio 250
Davoſiani 85. 247. 249
Davoſium 108. 118. 120. 126. 164. 172. 184. 185
Davoſte mons 282
Decem juriſdictionum fœdus 154. 155. 156. 242
Decumæ ut ſolvantur in Rhætiâ 169
Dedalricus Comes de Camertingen 233
Del Doſſo 286. 287
Della Motta 288
Delini ibid.
Delinum 209
Delphſium 254
Delum 230
Demarathus in Italiam venit 3
Demophilos caſtrum 292
Deſ.um 293
Deſiderius, Longobardorũ Rex 60
Didius Julianus Imp. 37
Dieteganus Curienſis 90
Dieteganus Salicæus 130. 145. 146
Diethmarſus, Epiſc. Curienſis 73

Dietbolphus, Epiſcopus Curienſis, & Rhatiæ Præſes 65.66
Diocletianus Imp. 40
Directura 210
Diſertinenſis Abbas 194.200
Diſertinenſis Abbatis privilegia 197
Diſertinenſis juriſdictio 191.194. 197
Diſertinenſium Abbatum catalogus 196
Diſertini Senatus 199
Diſertinus pons 198
Diſertinum 195.197
Diſertinum monaſterium 57.68
Diſmaa 251
Diſputationes in Rhatiâ Religionis causâ 168
Doira 213
S.Dominica 213
S.Dominica ſacellum 93
Dominium de Alto-Trino 204 de Aſpermonte 221. de Flumine 81. 83. Haldenſtein 260. octo juriſdictionum 243.245. de Rhatio & monte S.Georgii 206
Dona 295
Donatus à Vatio 207
Dondonum 290
Donnſella caſtrum 113
Doricus Brandiſius 108
Dornaccum caſtrum 120
Dorſum Vice-Comitis 293
Dorta 235
il Doſſo 282
Doſſum de Boiſio 287
Dragonera 295
Druſiana Vallis 16
Druſus contra Rhætos cum exercitu miſſus 15
Druſi filius provinciæ Rhaticæ rector 31. Germanicus dictus 32.
Dubinum 125. 293
Duces duodecim Romanorum versùs Occidentem 34
Durmeinum 209
Duſonum 287
Duſsium 226
Duuinum 201

E.

EBerhardus Comes Palatinus 68
Eberhardus, Comes infra Langarum 72
Eberhardus de Sacco 233
Ebrodurum 222
Eccleſia 286
Eccleſia D.Petri 284
ad-Eccleſiam 201
Egino, Epiſcopus Curienſis, Princeps vocatus 78
Eglinus Comes à Tockenburg 82
Eglinus Villius 205
Egolfus ab Amiſio 89
Ehrenfels caſtrum 227
Electorum Principū inſtitutio 71
Eliſabetha ab Amaciâ 243
Eliſabetha ab Homberg 80
Emerita, S Lucii ſoror 36
Emerita Planta Abbatiſſa 104
Eudo, Aquitaniæ Dux 59

En-

Engadina inferior 217. 221. 236
Engadina ſuperior 221. 232
Engadini 273. Cæſarianos opprimunt 101
Engelberg 202
Ennius Philonardus 126
Enzelinus, Præpoſitus ad Fabarias 69
Era 296
Eraſca 223
Erchingerus, Rhætiæ Dux 66
Eremuſium 89. 96. 217. 221. 237. 259
Ermatingen, pagus 111
Erneſtus 1. & 2. Allemanniæ Dux 71
Eroſa ſolitudo 251
Eſſa, Epiſcopus Curienſis 64
Eſtiones 23
S. Euſebius 298
S. Euſebii templum 284
S. Euſtaſius 195

F.

Fabarienſe monaſterium 58. 72
Fabarienſes thermæ 59
Fabarium 23
Fabius Quadrius 177
Facklaſtein caſtrum 225
Facdum 288
Fagetum 254
Fagonium 207
Faidum 289
Falcii 283
Fale 202
Falera ibid.
Falera Vallis 230
Faliſcenſia vina 256
Faliſcum 257
Familiarum nobilium per Rhætiam catalogus 24. & ſeqq.
Fardinum 211
S. Fauſtini caſtrum 282
Feliſurum 228
Felix 201
Fenaſium 255
Fera Vallis 276
Ferdinandus Imp. 159. 206. 223
Ferdinandus, Archidux Auſtriæ 124. 126. 152
Ferdinandus Rex Arragoniæ 138
Ferrara 258. 260
Ferrara Vallis 211
Fetanum 236
S. Fidelis 213. 295
Fidriſium 254
Fientium 201
Filolera 292
Finale flumen 287
Fine Vallis 282
Fiona 255
Fiſtolera 290
Flemiana iuriſdictio 194
Flemium 191. 201. 204
Flerden 209
Floela Vallis 251
Flola mons 120
Flondum 202
Florentiana arx 213
Florianus Imp. 40
S. Florinus 67. 238. 259
Florius Sprecherus 149. 178. 185
Florius Taccius 146

Fœdus

Fœdus cathedrale 214.220
Fœdus decem-jurìdictionũ 242
Fœdus Domus-Dei 55
Fœdus Pontificis & Venetæ Reip. cum Galliæ Rege 146
Fœdus magnum Suevicum 98
Fœderum Helveticorum ſumma 153
Fœldis 226
Fœnile 290
Fœteium 260
Folianum 148
Fons rubeus 226
Forba Vallis 275
Formoſus Pontifex 66
Forſteccum caſtrũ combuſtum 90
Forticellum 180
Fortunatus à Plantâ 149
Forzonicum 293
Fovea 191. 201. 202. 204. 253. 287. 289. 290. 291
Fovenſis jurìdictio 194
Fragſtein 255
Frainum 201
Franchinus Ruſca 90. 285
Franciſeo Dux 56.291
Franciſcus
- *Galliæ Rex* 122.144. 145. 157. 270
- *Dux Guyſius* 149
- *II. Mediolani Dux* 128.129.132.144. 159
- *Albertus* 130
- *ab Alto Balcono* 262
- *Borbonius* 147
- *Carmagnola* 92

Franciſcus
- *Caſtilionæus* 262
- *Cribellus* 133
- *Mattus Cremonenſis* 122.123.126
- *Moronus* 271
- *Paravicinus* 184
- *Ravilliacus regicida* 151
- *Trivultius* 215

Francorum nomen quæ gentes uſurparint 51
Fraſtentia 111. 121
Fraxinea 72
Frazitium 296
Freudenberg caſtrum 94
Fridberg arx 199
Fridericus
- *I. Imp.* 77.78.258
- *II. Imp.* 79
- *III. Imp.* 95. 98. 223.224
- *Auſtriacus Imp. electus* 84
- *Archidux Auſtriæ proſcriptus* 91
- *V. Auſtriæ Dux* 99
- *ab Hochenſtauffen, Allemanniæ Dux* 74.75
- *Conradi Imp. filius, Sueviæ Dux* 77
- *Friderici Imp. filius, Sueviæ Dux* 78
- *Monoculus, Sueviæ & Rhætiæ Dux* 75.76.77
- *Rogerius, Dux Sueviæ*

Fridericus
- via 79
- Epiſcopus Auguſtanus 99
- Fridericus Comes à Monteforti, Epiſcopus Curienſis 82. 155
- à Menzingen, Epiſcopus Curienſis 88
- à Rechberg, Epiſcopus Curienſis 94
- Comes à Tockenburg 90. 91. 92. 94. 154. 243. 244. 256
- Baro ab Alto-ſaxo 68
- Baro ab Heuuen 243
- Caplerus 110
- Gonzaga Pozzulus 145
- à Matrano 261

Fridnou, caſtrum 80. 225
S. Fridolinus 50. 55. 223
Frigeri 284
Frodolphus amnis 275
Fronſperg caſtrum 202
Frontale 282
Frueaus caſtrum 225
Fryberg caſtrum 199
Fuentes caſtrum 181
Fulla 281
Fullonica ibid.
Fulonus mons 236. 238
Fulvius Bojus, Rhætici limitis dux 39
Fumera 282
Fumerogum 275
Fuorcum 201
Furca mons 198
Furcula 289
Furcula mons 296
Furna 254
Fürſtenou caſtrum 81, 154. 209. 217
Fürſtenburg caſtrum 81. 109. 123. 170. 240
Fürſtenovia 217. 227
Fürſtenoviana jurisdictio 221. 226. 227. 228
Fuſina 288
Fuſtanus mons 276

G.

Gabia 212
Gabriel Mediceus 126. 130. 135
Gadium 291
Gajus, Procurator Rhætiæ 40
Galba Imp. cædes 32
Galeatius Maria Sfortia, Dux Mediolani 159. 267
Galeatius Sanct. Severinus 270
Galeatius Vice-Comes 119. 139. 158
Galerius Imp. 40
Galli Italiam invadunt 6.
Mediolano ejecti 143. 145
Gallienus Imp. 39
S. Gallus 195
S. Galli parochia 275
Gallus à Monte 203

Gambſum 23
Ganda 253. 286
Garlianum flumen 141
S.Gaudentius 196. 231
Gaudentius
- Comes ab Amaciâ 244. 245
- à Casâ novâ 178
- à Monte 203
- à Plantâ 149
- Suraſtus 130

Gebhardus Guilielmus, Engadinorum dux bellicus 97
Geldrii 113. 120. 121
Genatium 254
Generidus, Rhætorum præfectus 48
Genevenſis & Sedunenſis Epiſcoporum bellum mutuum 96
Genninſium 256
Gennienſes 105
Genua à Gallis occupata 142
S.Georgii ædes 260. caſtrum 285. 290. ſacellum 288
Georgius
- Velcurii Comes 68
- Comes à Verdenberg ibid.& 193.207.210. 212. 226. 228
- Belinus 170. 183. 184
- Cornarius 92. 93
- de Georgiis 128
- Veſtiarius 134

Gerardus Comes de Arco 122. 125. 169
Germani, Iudæis Aſcenazim dicti 7. fines Rom. Imp. turbant 38. totam Italiam penetrant 39
Germania nomen unde 35
Gerola 290
Geroldus à Puſſoniâ 60
Geſſata 11
Gibellina factio 92
Ginpedum 297
Giſela, Conradi Imp. uxor 71. 72
Giſelbertus, Othonis Imp. ſororius 68
Glaronenſes 118. 132. cum Suitiis Vallisſtadium capiunt 94. Sarunetum oppidum recipiunt 95
Glaſum 209
Glemerus amnis 201
Glera 176. 271. 286
Glorium 104. 115
Gongelius mons 192. 205
Gordona 296
S.Gotthardus 275. 283. 289
Gotthardus mons 198
Gotthi victi 55
Gotthorum in Italiam irruptio 47. ſedes & migrationes 49
Gottofridus
- Rhætiæ Dux 58
- ab Amiſio 261
- Abbas Gregorianæ Vallis 61

Grabedona 131. 132. 272
Graffenberg caſtrum 257
Graffrathus, Rhætiæ Dux 57
Graja alpes 21
Grania 284
Gratianus Imp. 43. 45
S.Gregorius 273
S.Gregorii templum 289

Gregorius VII. Papa Imperatorem excommunicat 74
Gregorius Carolus ab Alto-Balcono 262
Grimſelius mons 198
Griſæi fœderis deſcriptio 153. 188. conventus & juridictiones 195
Griſæi Rhæti Comitem Suitienſem fundunt 87
Griſæo fœderi præcedentia adjudicata 171
Griſæorum Rhætorum fœdus cum Helvetiis 100. virtus 114
Griſones 22
Griſonum 287
Groſina Vallis 282
Groſium ibid.
Groſſubtum ibid.
Grueneck 202
Gruenfels 199
Grumellum caſtrum 287
Grunum 213
Gryphenſteinium caſtrum 89
Gryphenſtein dominiū 227. 228
Gualdum 239
Gualzii 286
Gubertus Caſtromurus 124. 268
Guarda 236
Guarda vallis 80. 235
Guido, Dux Spoletanus 65
Guido Puſterla, Marchio Lombardiæ 61
Gulſia 253
S. Gulielmus 296
Gulielmus Comes à Monteforti 85. 243
Gulielmus Comes Verdenbergicus 244
Gulielmus à Monte 203
Gulielmus Ringgius 116
Gundomadus, Allemannorum Rex 41
Gunna 210
Guſcha 257
Guttenberg 23. 103. 107. 111

H.

HAdrianus Imp. doctiſſimus 33
Haldenſtein 23. 260
Harda pagus 108. 109. 121
Hartmannus Comes à Kirchberg 75
Hartmannus Comes à Verdenberg, Epiſcopus Curienſis 89. 90. 91. 228. 237. 261
Hartmannus ab Hartmannis 150
Hartmannus de Planterrâ, Epiſcopus Curienſis 72
Hartpertus, Epiſc. Curienſis 68. 69
Hartvigus, Egeni filius, bello à Comenſibus petitus 79
Harudes 113
Haſelſtein caſtrum 211
Haſenſprung caſtrum 227
Hector Vice-Comes 122
Heidenberg 200
Heilgenberg, ab Auſtria Archiduce acquiſitum 89
Heinzenberg 209
Helf mir Gott, caſtrum 234
Helvetia ſeptē veteres pagi cum

Rhætis Griſæis perpetuum fœdus jungunt 155
Helvetii à Cæſare fuſi 12. *Ludovico Bavaro Imp. addicti* 84. *tumultus Rhæticos componunt* 175
Helvetiorum fœdus cum Regibus Galliæ 157
Helvetiorum & Auſtriacorum prælium ad Sempachium 89. *ad Navalia* ibid.
Helvius Pertinax Imp. 35. 37
Henricus
- *I. Imp.* 67.68
- *II. Imp.* 71. 231
- *III. Imp.* 72
- *IV. Imp.* 73. *à Papâ excommunicatus* 74
- *VI. Imp.* 78. 220
- *VII. Imp.* 83
- *II. Galliæ Rex* 148. 158. 171
- *III. Galliæ Rex* 150. 158
- *IV. Galliæ Rex* 151. 158
- *Bavariæ Dux* 69
- *Baro ab Alto-ſaxo* 79
- *Baro ab Heuuen, Epiſcopus Curienſis* 95. 99. 201. 233
- *Baro à Rhætio* 192
- *Comes à Fürſtenberg* 120
- *Comes Miſauci* 213. 243
- *Comes à Monteforti* 80. 81. 84.

Henricus
- *Comes Verdenbergicus* 94. 95. 88. 190. 191. 193.
- *Curienſis Epiſcopus* 73. 109
- *Ammanus, Capitaneus Curienſis* 101. 104. 109. 262
- *à Brandis* 207
- *Bruſsnang, Dominus de Grieſſenberg* 82
- *Rhonius* 132
- *à Sigberg* 92
- *Vollebius* 102. 112. 138

Hercules à Capaulo 107. 269
Hercules Pauli 110
Hercules à Salis 132. 147. 179
Hermannus, Landgravius Haſſiæ & Franciæ, Dux Allemanniæ 67. 68
Hermannus 2. *Allemanniæ Dux* 71
Hermannus 3. *Allemanniæ Dux* ibid.
Hermannus 4. *Sueviæ Dux* 72
Herrenberg caſtrum 81
Heſſo, Epiſcopus Curienſis 64
Hetruria, priùs Thuſcia dicta 3
Hieronymus Cribellus 135
Hieronymus Moronus 122
S. Hilarii templum 225
Hilarius, Ammanus Sexamienſis 124
Hildegardis, Caroli Magni uxor 60
Hiltebrandus, Rhætiæ Dux ibid.

Hilto-

Hiltibaldus, Epiſc. Curienſis 70

Hiſpanorum ſepultura 181

Hochſta S. Joannis 108

Homodaorum caſtrum 282

Honorius Occidentis Imp. 46

Hugo 3. Palatinus Tubingæ, Comes Brigantiæ & Rhatiæ 76.77

Hugo, Comes à Mõteforti 68.243

Hugo Comes Tuberienſis 81.82

Hugo Comes à Verdenberg 76.81. 82.188.190.191.199.249

Hugo Fycus 81

S. Huldericus, Epiſcopus Auguſtanus 69

Huldericus
- Rhatiæ Dux 67
- Baro à Rhatio 90
- Epiſcopus Curienſis 71
- Maſſolius 266
- de Taraſpo 240

Vide etiam Uldericus.

Hunfridus, Rhatiæ & Iſtriæ Comes 61

Hunni Rhatiam depopulantes 58

I.

S. Jacobus 198.273.283.284. 289.296

S. Jacobi ædes 219

Jacobus
- à Caſtromuro 127
- Eckholdus 254
- Fayet 270
- à Marmore 252
- à Monte 116
- Mottinus 143
- Ninguarda 203
- à Plantâ 89.116

Jacobus à Saxo 148

Jacobus à Schouenſtein 149

Jactatus, Rhatiæ Curienſis Præſes 53

Jactatus 2. Brigantii Comes 54

Janus Simon Barbleta 116

Ibanus Ungarus, Comes Gunțienſis 62

Jeſuitæ ex Rhatiâ proſcripti 171. 187

Igels 201

Igis, pagus 225

Ilantium 154.164.168.171.184. 185.191.201.202

Imburg 221

Imina mons 283

Imperium Rom. per 16. annos certo Imperatore caret 80

Imum. caſtrum 229.230

In plano, pagus 275

Inſula 296

Inſula Comacina in lacu Lario 56

Joachimus à Jochberg 177

S. Joannes 23.284.287.292

Joannes Abbas Diſertinenſis 155. 200

Joannes, Epiſcopus Conſtantienſis 57

Joannes, Alberti Auſtriaci Cancellarius, Epiſcopus Curienſis 89

Joannes Abundius, Epiſcopus Curienſis 91.155.188.224

Joannes Comes à Lupfen 261

Joannes Miſauci Comes 92.188. 190.191.201

Joannes
- Comes à Monteforti 78
- Comes à Sonnenberg 117
- Ambroſius Rubiata 176
- Angelus Medicæus 170. 129. 135.
- Andreas Mallacrida 292
- Andreas Supraſaxienſis 130
- Balbianus Comes 95. 96
- Baptiſta della Campanea 128
- Baptiſta Torellus 177
- Brandiſius 256
- à Capaulo 203
- Comander 168
- Donatus Baro à Vatio 84. 242. 249
- Donna Anna 102
- Ebli 169
- ab Ellerbach 87
- Fabricius Montanus 237
- Frantius Ilantinus 107
- Galeatius, Dux Mediolani 159. 266. 294
- Galeatius Vice-Comes 266
- Georgius à Marmore 206
- Grandonus 267
- Gugelbergius 149
- Gulerus 125. 149. 171. 183. 186. 276. 292
- Henricus Brunus, Baro à Rhætio 188. 191
- Henricus Heinzelius 262

Joannes
- Jacob. Caſtilienæus 262
- Jacobus Finerius 149
- Jacobus Medicæus 121. 145. 146. 148. 160. 169. 272
- Jacobus Trivultius 116. 122. 138. 140. 143. 190. 193. 207. 212. 213. 272
- Maria Lazaronus 179
- Maria Vice-Comes 294
- à Marmore 130. 256
- Martinus, Tyrolenſium anteſignanus 97
- Medicæus 145
- Muntſchius 149
- Nanus à Nanzingâ 112
- Nicolaus à Brandis 110. 114
- Petrus, Miſauci Comes 201. 213
- à Plantâ 173. 179. 205
- Paverius 178
- à Rechberg 192
- Ruſca 93
- à Salis 229
- Sceccius 146. 149
- Schuolerus 113. 117. 142
- Sprecherus 184
- Traverſius 123. 127. 128
- Valus Glaronenſis 110
- Vandaneſius 271
- Veibel de Taminio 101
- Villius 205
- Volfius Ort 108

S. Joannes, vicus 197

S. Joannis Baptiſtæ templum 251
Jodocus Nicolaus Comes à Zollern 206
Jordanus à Clivio, Epiſcopus Mediolanenſis 75
Jovianus Imp. 43
Jovianus, magiſter equitum 43
Iſolatia 276
Ita, filia Hermanni Ducis 68
Italianus Forojulianus 93
Itel-Fridericus Comes à Zollern 206
Itelius Planta 261
Judex provincialis 194
S. Juliani mons 293
Julianus Apoſtata Imp. 42.43
S. Julius 213
Julius 2. Pontifex 142.156.269
Julius 3. Papa 148
Julius Philippus Imp. 38
Julius Sanct-Severinas 270
Julius, mons 230. 233
Juſtinianus Imp. 51
Juſtitiæ adminiſtrandæ forma inter Rhætos 160. & ſeqq.
Juthungi, Allemannorũ pars 42
Juvalta, caſtrum 86
Juvalta ima & alta 226

L.

LAaxium 203
La Corna 289
Lacupratum 255
Lacus 241
Ladirum 202
Lainum 227
Landerenca 213
Landolphus Glaronæ Dominus 55
Landolphus à Carchano, Epiſcopus Comenſis 76
Landreſium oppidum 147
Langarus flumen 253.254
Langenberg caſtrum 203
Lantiana juriſdictio 247
Lantium 229. 258
Lantium inferius 263
Lantolinus Dux 267
Lanzada 286
Lanzegaſt mons 112
Lapis tornatilis 298
Larii lacus accolæ 23. 272. 273
Larius lacus 123. 124. 264
Latobrigi 120
Laudenſis pons 115
Laudum 101. 102. 113. 240
S. Laurentii Cœnobium 285. præpoſitura 291
Lauribalneum 223
Lautrechius, Gallorum Dux 146
Lavezolum 290
Lavinium 117. 236. 277
Lazarinus de Lucino 285
Lazerta, Præfectus Gallicus 294
Lazzaroni 284
Legia 213
Legio in Rhætiâ nulla ſtativa habuit 20
Leguntina juriſdictio 194
Leguntina Vallis 191. 201
Leiſer 202
Lentienſes pagi 41. 45. 221
Leo Imp. 49

Leo I. Papa 214
Leo IX. Pontifex Germanus 73
Leo X. Pontifex 144.147
Leonhardus, Epiſcopus Curienſis 96. 210. 228
Leopoldus
- Archidux Auſtriæ 218
- 2. Archidux Auſtriæ 88. 89
- 3. ad Sempachium caſus 89. 98
- Auſtriacus ad Morgartum ab Helvetiis victus 84

Le Preſe 241. 282
Lepontii 7. 23. 195.
Leputii 287
Leſcunum 288
Leſum 212
Leucum 129. 133
Levizolum 289
Leutfridus, Rhætiæ Præſes 56
Leuther, Allemanniæ Dux 55
Leuuenberg 191. 203
Leuuenſtein 202
Leuuenum 260
Lexina torrens 291
Liberi de Laaxio 191
Libertatis hoſpitium, montes 1
Licatii 252
Liechtenſtein caſtrum 260. 263
Ligarium 286
Ligonum 284
Ligiſtæ in Gallia 151
Lindavia Civitas incenſa 68
Lindevitus, Pannoniæ Rex 61
Lingones cum Bojis Italiam invadunt 6
Lira amnis 296
Lironium ibid.
Litera Articulorum 194
Lirizonum 230
Liuri 288
Locarnum 143
Lodenum 295
Lombarenus de Lombareno 167. 116
Lombarenum 201
Longobardi à Narſete in Italiam acceſſiti 55. fuſi & repreſſi 81
Longa-pratana juriſdictio 260
Longopratani 247
Longum pratum 260
Lonum 211. 287
Loſtalum 213
Loteri 288
Lotharius Imp. 63. 76
Loverus flumen 298
Lucas Gulerus 85
Lucernates 102. 121
S. Lucius 35. 105
S. Lucii arx 213. 291. clivus 36 257. cœnobium 218. 220. crypta 36. præpoſitura 219
Lucius Gugelberg à Mooß 144
Lucianum 254
Licinianum 148
Lucumonis hiſtoria 4
Lucumonis mons 23. 198
Ludovicus Pius Imp. 61. 62
Ludovicus 3. Balbus Imp. 65

Ludo-

Ludovicus
- Bavarus Imp. 84. 85
- Bavariæ Rex 63
- Franciæ Orientalis Rex 64
- XI. Galliæ Rex 136. 137. 157
- Ludovicus XII. Rex Galliæ 119. 139. 140. 141. 151. 167. 267. 269
- Aureliæ Dux 138
- Mediolani Dux ibid. & 139. 140. 158. 167
- Maurus, Mediolani Dux 117. 119. 266. 274. 281
- Romanus 99. Epiſcopum Curienſem vincit & capit 86
- Brandiſius Vallis-Dulcis Dominus 105. 108
- Trimolius 143
- Tſchudius 226
- Viſtarinus 133. 134. 135

Luerum 283
Luganum 143
Luitfridus, Rhætiæ Dux 58. 59
Luium 239
Lupini, Caſtrum 108
Lupinum, oppidum 105. 108. 257
Luſſeium 239
Lutardus, Epiſcopus Vercellenſis 64
Lutholphus, Carinthiæ Dux 74
Lutholphus, Dux Saxoniæ 68. 69
Luvinium 235
Luvium 202
Luxovium monaſterium 195
Lycus amnis 21
Lyci & Vindonis confluvium 19

M.

Matrianus 44
Madeſium 296
Madraſcus amnis 289
Madre Vallis 288
Madriſium 231
Maduleinum 235
Marcha 23
Magliavacca 275
Magnetius 41
Majavilla oppidum 257
Majavilla caſtrum 256
Majavilla dominium 105. 243. 255
Majonum 285
Majoranus, Occidentis Imp. 49
Majoris-Villa 200
Maina 295
Maira fluvius 124. 232. 296
Maladrium 259
Malaguarda 122. 295
Malanſiani 105
Malanſium 256
Malaplatta caſtrum 270
Malerus flumen 285. 286
Maleſani 223

Malgina vallis 284. 286
Malgrate, vicus 135
Malherba Capitaneus 268
Malium 118. 240
Maiix 259
Malojus mons 231. 232
Mamertinus, Præfectus prætorio 43
de Manca-pane caſtrum 287
Mandellum 133. 134. 293
Manetia 291
Mannebach pagus 11
Maratius Lavinienſis 117
Marciaga 201
Marcianus Imp. 214
Marcianum 148
Marcii 286
Marcomannorum in Italiam irruptio 39
Marcus Graſſus 127. 131
Marcus Velſerus 19. 33
Margarita Comitiſſa Tirolis 99
Margarita ab Haldenſtein 261
S. Maria 213. 239. 273
S. Maria de Perlongo 287
S. Maria Eccleſia 296. templum 251
S. Maria Magdalena 276. 283
Mariaa 255
Marinus Caracciolus 135
Marius Homodæus 281
Marmorea 231
Marogia 288
Marquartus Baro à Vatio 80
Marquartus, Comes infra Langarum 72. captus 74
Marſilinium caſtrum 86. 225
Marſilius, Rhætiæ Dux 59
Marſoila, caſtrum 34. 92. 218. 221. 222
S. Martinus 284. 292. 297
S. Martini templum 289
S. Martini thermæ 276
Martinus
- Rhætiæ Dux 58
- 5. Papa 187
- Belinus 148
- Bovolinus 129
- à Capaulo 148
- Cramerus 149
- Florinus 205
- Sagerus ibid.
- Traverſinus 130

Marvegia 287
Maſaretia ibid.
Maſegrium 285
Maſſones 283. 288
Maſſugum 209
Maſtinus Vice-Comes 266
Maſtrils mons 225
Macienſis archipresbyteratus 281
Matium 283
Matthæus Schinerus Cardinalis 142. 156
Matthias Imp. 262
Mattonum 211
Mauriſſenum 201
S. Mauritius 234
Mauritius Imp. 56
Mauritius Princeps Naſſovius 151
Maximianus Imp. 40
Maximilianus I. Imp. 97. 98. 139. 142. 144. 158. 206. 223. 267. 271

Maximi-

Maximilianus Sforzia, Dux Mediolani 143. 144. 159. 270

Maximus, Allemannos Rhætias incurſare faciens 46

Maxinenſes therma 292

Maxinum 291

Mazeinium 208

Mazzi 290

Medelum 211

Media ſylva 253

Mediolanenſes bellum Comenſibus movent 75. 76. *in Laudenſes injurii, ab Imp. domantur* 77

Mediolanenſes patritii & populus inter ſe contendunt 81

Mediolanenſium Capitulationum auctores 181. 182. 186

Mediolanenſium Ducum fœdus cum Rhætis 159

Mediolanum à Gallis occupatum 139. 144

Mediolani libertas promulgata 95

Melignanum 144

Mellum 292

Menaſium 132. 272

Menapii 113

Menatii 287

Menaum 238

Mendriſium 143

Menhardus Comes Tirolenſis 81

Menradus 2. Comes Tirolis 82

Meranenſes 118

Meranum 113. 116

Merula fons 117. 233. 234. 235

Meſe 296

Metiola 124. 295

S. Michaëlis ædes 287

Migiontum 282

Milirolum 286

Miniſtralis 9. 246

Mintii ſcaturigo 275

Miſaucina vallis 190. 212

Miſaucum 123. 126. 127. 212

Mobri à Liechtenegg 237

Moizi 288

Molendina 258. 281

Molendini 290

Molendinum 230. 260

Molina 275

Molinara 225

Monaſterium 239. 288. 293. 296

Monaſterium Cacienſe 208. *Diſertinum* 57. *Fabarienſe* 58. 72. *ad S. Joannem* 95. *Montis S. Mariæ* 100 *ad Schennis* 61. 72

Mondaditia 282

Mongiardinus caſtrum 288

Monguttium arx 133

Mons Aqua 287. *S. Barnabæ* 23. *S. Bernhardi* 212. 296. *Bellus* 253. *Colici* 131. *Cuccus* 291. *Fili* 282. *S. Georgii* 199. *Matii* 283. *Novus* 296. *del Oro* 286. *Sondrii* 285. *Spineta* 288. *Venuſtus* 74. *Vicus* 257

Montes de Medio 296. *de ſummâ ruinâ* ibid.
Montis S.Mariæ Abbatia 23
Monſchieccum 283
Monſteina 251
Montacium 232. 255
Montalta arx 202
Montana juriſdictio 191. 192. 193. 207. 209.217
Montana loca, libertatis ſedes 1
Montanea 255. 287
Monteccium 180. 291
Montecuccum caſtrum 285
Montera arx 208
Montfortium 23
Montis Quadra 287
Montungum 123
Monum 230
Morbennienſis ſquadra 280
Morbenium 123. 125. 130. 278. 289
Morbenii prætor 265
Moreck caſtrum 200
Moroni 286. 287
Morterium 293
Mortirolus mons 282
Moßini 285
Motta 227. 242. 283
Motta de Pedenale 241
Mueſa amnis 212
Muldainum 227
Mulierum Rhæticarum & Vindelicarum facinora 16
Munatius Plancus Helvetiis auxilio venit 12
Muri 231
Murignonum 276
Muſchanum 283
Muſcium 288
Mußii præfectura 122. *ſaxum* 272
Mußium caſtrum 126. 128. 132. 134

N.

Nadrum 213
Nalacum 231
Nanſonchium 290
Narſes Dux 51
Naſinum 282
Neapolis infeliciter obſeſſa 146
Nevicta, magiſter equitum 42. 43
Neuuenburg arx 226
Neuuenſius turris ibid.
S. Nicolaus 238. 275
S. Nicolai Cœnobium 220. 223. *templum* 251.
Nicolaus Eremita 167
Nicolaus Picininus 92. 93
Nicolaus Venoſta 177
Nidenberg caſtrum 94
Nigola 284
Nigra liga 192
Nivallum 227
Nogaredum 288. 292. 296
Nolla torrens 208
Nortpertus Bavarus, Epiſcopus Curienſis per ſimoniam factus 74
Norantbula 213
Nova 283
Novalia ibid.

Nava-

Novaria 138
Novarria 268
Novatum 295
Novena 211
Nutiani 91
Nunburg 23
Nympharum ſacellum 212

O.

OBerſtein turris 211
Occha 290
Ocello 211
Octavius Auguſtus dictus 13
Octavius Sfortia 146
Odilo, Rhætiæ Dux 59
Odoacer Rugus, Rex Italiæ 49
Oeni ortus 233
Oenipontana curia 99. 100
Oenipontum 126. 267
Oenotrium 110. 115
Oga 275
Olonia turris 268. 270. 291
Oltis 263
Onona mons 289
Oratores fœderis Griſei 194
Orellum 295
Ortenſteiniana juriſdictio 221. 226
Ortenſteinum 193
Ortliebus à Brandis, Epiſcopus Curienſis 96. 158. 207. 224
Ortueina arx 236
Oſtenda 151
Otho I. Imp. 68. 69. 70. 197
Otho II. Imp. 70
Otho III. Imp. ibid. & 71
Otho IV. Imp. 79
Otho, Marchio Schuueinfurti, Dux Sueviæ 72
Otho Palatinus à Vietliſpach, Dux Sueviæ 72
Otho, Rhætiæ Dux 70
Otho à Præpoſitis 57
Otho Vice-Comes, Archiepiſcopus Mediolanenſis 81
Othomajerus, primus Abbas Sanctogallenſis 54
Ottocarus, Rex Bohemiæ 81
Ovia 254

P.

PAdus 238
Pajedum 296
Pajicum 260
Paini 287
Pajoſa 288
Palearii 287
Panisperdutus turris 296
Papo à Caſtromuro 81
Paribelli 288
Parpanum 258
Paſcalis, Brigantii Comes, & Curienſis Epiſcopus 53
Paſcalis Comes Rhætiæ, Epiſcopus Curienſis 208
Paſcualium 226
Paulus 4. Papa 149
Paulus 5. Papa 176
Paulus, Comes Brigantinus 53
Paulus Zieglerus, Epiſcopus Curienſis 158. 170. 269

Paulus Buolius 130
Pedemontum 288
Pedenale caſtrum 283
Pedenucis 276
Pedeſina 290
Peiſtum 260
Pelaſcus mons 273. 292
Pendolaſcum 287
Penſionarii 167. 170
S. Perpetua 282
Peſclavienſes 79. 273. 284
Peſclavium 221. 241. 266. 267
Peſclavinus fluvius 241
Pesfalarius mons 236
Peſona vallis 239
Peſtera 297
Petnale 230
S. Petrus 288
S. Petri Abbatia 290. ædes 260
ad S. Petrum juriſdictio 259

Petrus
- de Bohemiâ, Epiſcopus Curienſis 88
- Epiſcopus Sedunenſis 155
- Pultingerus, Abbas Diſertinenſis 188. 191
- Comes Fontium 180
- Crammerus 205
- Gulerus 116
- à Gryphenſee 261
- Paulus Paravicinus 292
- Simon Traverſius 127. 128
- Strozzius 148
- de Zuno 146

Pfaffingove villa 197
Pfuntium in Valle Oenanâ 119
Philippus Imp. 78
Philippus, Maximiliani Imp. filius 120
Philippus Maria, Dux Mediolani 92. 190
Philippus Salutius 168
Philippus Turrianus 81
Pignolum 211
Pinetum 254
Pingianum 199
Piperellum 296
Pipinus Craſſus 58
Pipinus Brevis, Rex Franciæ 59
Pipinus, Caroli Magni filius 60
Piſcatellum 241
Pitaſium 202
Pius 5. Papa 173
Pizium 122
Pizzabella 288
Placeda 283
S. Placidus 196
Planazola 295
Planazum 296
Planium 290
Plantedium 291
Planterra 221
Plantina 290
Planum 295
Planura 211
Platea 232. 275. 282. 284. 287. 290
Platea lenga 291
Plateda 288

Platta 198. 231. 275. 287
Platta mala, caſtrum 270. 281
Platti 283
Plaveginum 254
Pledum 287
Pleſſura flumen 221. 260
Plota 291
Plovilla, vicus 149
Pludonum 23. 89
Plurienſes libertatem promulgant 95
Plurienſis pratura 297
Plurium 124. 266. 297
Pluſognum 292
Pluvia flumen 297
Pœna alpes 21
Poirum 298
Polagia 287
Polinum 297
Ponchiera 285
Pondeja 293
Pondoledum 286
Pondonum 284
Pondum 232
Pons altus 113
Pons Mantelli 125
Pons Martis 238
Pons telenti 205
ad Pontem 234
Pontareſina ibid.
Pontareſinenſes ibid.
Ponteila 298
Ponteiari 286
Pontiſella 232
Pontum 171. 286. 296
Porcaretia 296
Porta 231
Portarum turris 258
Portius Septimius Rhatiæ à Nerone Imp Procurator datus 32
Poſtalexium 287
Poteſtas Peſclavienſis 242
Poyra 289
Practica 172. 179
Prada 253
Pradelium 297
Pradella 260. 286
Pradicallum 227
Pragallia 221. 231
Pragallia vallis privilegia 71
Pragalli 81. 124. 273
Pragroſſum 292
Pranſera 288
Prata 230. 241. 260. 282. 287. 295
Pratella 295
Pratum 289
Pratum belli 85
Pratum longum 259
Pratum rubeum 253
Premiana 290
Preſantium 230
Pretium 209
Primadium 275
Priſtinum 283
Priviolum 287
Probus Imp. 40
Procuratores provinciarum 19
Prajulia 231
Prælium ad Baſſacum & Montconturum 150. ad Ceriſolam 147. ad Diam 150. ad

ad S.Dionyſium 150. ad Ivriũ 151. ad Melignanũ 270. ad Neoportum 151. ad Plovillam 149. ad Ravennam 143. 269
Promontorium 232
Proſper Columna 145
Provoſcium 293
Provinciarum Rectores variis nominibus appellati 20
Cl. Ptolomæus 222
Pucgium 239
Pulsmenga caſtrum 198
Purteinum 209
Puſcana 254
Puſſereinum 255
Puſterla 293
Puteum vicus 254
Pyrari 287
Pyrarium 298
S. Pyrminius 58

Q.

QUadra 280
Quatuor-pagici 182. 185. 221. 225. 242
Quettelburg urbs 70

R.

RAbioſus flumen 259
Ramponi 287
Ramus amnis 239
Rancajola amnis 290
Ranckuilla 54. 108
Rapersvilla 108
Rapersvillani 109
Rapertus, Comes Rhætiæ 62
Rapizzi 290
Rappenſtein 226
Raſeinum 211
Raſiga 281
Raſtelia 296
Raſura 290
Ratiſbona 142
Ravagnum 213
Ravicia Ruſca 282
Rauſchenberg 230
Reambs ibid.
Rebuffi 287
Receptiuncula 238
Reineck caſtrum 79
Reinherius, Epiſcopus Curienſis 79
Remigius, Epiſcopus Curienſis, & Rhætiæ Præſes 61
Remenum 292
Remuſienſe Caſtrum 112
Revola 283
Rezalaſchus torrens 282
Rezen Vallis ibid.
Rhætia in provinciam à Romanis redacta 18. in diverſas partes ſciſſa 76. fame oppreſſa 78. Otthonem Imp. nunquam recepit 32. Rom. orbi Imperatorem dat 38
Rhætia ampla 230
Rhætia ima, caſtrum 209
Rhætia, prima, & ſecunda 33
Rhætiæ
- utriusq; ſitus 47
- antiqua & Helvetiæ limites 65
- confinia 11
- devicta juridictio & procu-

Rhætia:
- procuratio rei militaris 18. 19
- hodierna longitudo 23. latitudo 24
- Inalpina deſcriptio 21
- Ducis juriſdictio 50
- Procurator 19
- Prolegatus ibid.
- Præſes 19. 33. 34

Rhætiam Inalpinam colentes familiæ præcipuæ 24

à Rhætiâ antiquâ avulſa, quæ trium Fœderum dominium non agnoſcunt 23

Rhætus, Thuſcorum dux 7. caſtra erigit ſuo nomine inſignita 8

Rhæti trium Fœderum 22. Cathedrales 99. 100. Griſæi 100. 114. 115. 265

Rhæti Inalpini, ad originem Rheni & Oeni conſidentes 18

Rhæti vallis Monaſterii 273

Rhæti montium domini fiunt 9 à L. Munatio Planco repreſſi ac triumphati 12. in Palæſtinam profecti 77. 78. vicinis ſuis auxiliares 11. Tigurinis auxilia mittunt 146

Rhæti & Vindelici unâ æſtate debellati 17

Rhætorum Comitia 164. ſubcomitia 165. diſciplina militaris ibid. geſta 31. & ſeqq.

Rhætorum Inalpinorum commercia 14. ſtatus indomitus, tempore civilis belli 18

Rhætorum Reip. prima gubernatio 9. conſtitutiones 166 tria Fœdera 134. 156. & ſeqq.

Rhætis commercio & commeatu à Mediolanenſibus fruſtrà interdictum 181

Rhætica gens ad Chriſti fidem converſa 36

Rhæticæ juventutis encomium 32. & ſeq.

Rhætici limitis Dux 34

Rhætici motus 173. & ſeqq. 182. & ſeqq.

Rhæticum bellum ſub Auguſto Imp. graviſſimum 14. 15

Rhæticum idioma 9. 22

Rhætico mons 252

Rhæticonis montis accola 23

Rhætienſes 204

Rhætienſis juriſdictio 191. 192. 194. 206

Rhætienſe dominium 206

Rhætigoja 117. 119. 245. 247. 249. 253. 255

Rhætigoji 105. 117. 252

Rhætium 193. 207

Rhætium amplum 80

Rhætii Dominus 194. 200

Rhamus, flumen 115

Rheguſci 23. 90. 110. 111

Rheni accola in fontibus 8

Rheni ortus 21. 198. 211

ad Rhenum poſteriorem 211

Rhodani origo 198

X

Richarius, Suevia Dux 65
Richenou arx iii. 205
Rietberg, caſtrum 86. 227
Rigeinum 202
Rigiſium caſtrum 197
Rigorbellum 283
Rinaldus Tectonus 176. 178
Rinckenberg 199
Rinckenſtein 211
Ringovia 23
Ripa-caſtrum 284
Ripa lacus 295
Ripa Salodii 266
Rivera 239
Rocca-ſciſa caſtrum 287
S. Rochus 275. 283
Rockenburgenſis conventus 219
Rodelum 289
Rodericus Comes à Langaro 61
Rogoledum 288. 290
Rogolum 290
Rogoretum 213
Romani Rhatis infeſti 12
Romani Rhætos & Vindelicos ægrè vincunt 16
Roncajola 282
Roncalea 208. 282. 292. 297
Ronchi 285
Roncionum 296
Roſenberg arx 210
Rotelium 226
Rotharius, Epiſcopus Curienſis 64
Rotitium 232
Rovena 230. 257
Rovelidum 292
Roveledus mons 285
Roveledum 282
Roya 290
Ruaſcus torrens 282
Rucantii 8. 10. 252
Ruchaſpermontium 225
Ruchenberg caſtrum 256
Ruchenberg ſuperior 225
Rudolphus
- Rex Burgundionum 66. 67
- Habſpurgenſis, Rex Romanorum 81
- Comes à Brigantiâ 75. 76. 78
- Comes Clavennæ 72
- 4. Comes Montfortius, vincitur & capitur 88
- 5. Comes à Monteforti 218
- Comes à Monteforti, Epiſc. Conſtantienſis & Curienſis 84. 186
- Comes à Rapertiſvilâ 80
- Comes à Sulz 256
- Comes à Verdenberg 88. 188. 204. 207. 243
- Suevia Dux 65
- à Rheinfelden, Allemannia Dux 73
- Imp. à Papâ deſignatus 74. vincitur & moritur 75

Rudol-

Rudolphus
- ab Aquâ-rubeâ 259
- à Gryphenſee 262
- à Marmore 128.262
- Matthias 149
- à Pfullendorf 78
- à Planta 203.236
- à Salicibus 130. 132. 144.171
- à Schouenſtein 149. 577.205

Ruenium 199
Rufinus 46
Rufrieu 209
Ruggerus Comes 61
Ruinatia 239
Rumeinum 201
Runcus major 283
Rupertus Comes Palatinus 142
Rupertus Imp. 199
Ruſconum 287
Ruſcheinum 202
Rutgarus Nobilis à Lympach 219
Rychenberg 239

S.

SAccus, pagus 127. 290
Salenda 241
Salerna 210
Salomon, Epiſcopus Conſtantienſis 65.66
Salomon Buolius 185
Salpenna 210
Salucum 230
Samadenum 234. 235
Sambrolum 287
Samnitia vallis 238
Samnitium 237
Samnonum 119. 238
Samolicum 295
Sancto-Gallenſes cum Abbatiſcellanis ſocia arma jungunt 90
Sapor Perſarum Rex 39
Saracenorũ in Italiam irruptio 61
Saren 209
Sargans, ab Auſtria Archiduce acquiſitum 89
Sarunetes 23. 103. fidem Comiti Verdenbergico jurant 94. in vallem Duriæ irruptionem faciunt 95
Sarunetes, cives Tigurinorum, & Rhætorum confœderati 94
Sarunetũ Comitatus 23.192. fœdus cum Rhætis 94. 155. oppidũ, caſtrum, & ditio capta 95
Satium 286
Savognirum 230
Savonium 297
Savieinum 204
Saxea vallis 290
Saxenſtein 200
Saxium 253
Saxones Rhætiæ damna inferunt 56. à Suevis & Rhætis victi 73
Saxum 197
Scala mons 102
Scaleta 235
Scaletta mons 251
Scalotta 283
Scalvini 286
Scamfienſes 117
Scamfium 235

Scanavica vallis 247. 249. 259
Scanavicenſes 182
Scandolera 296
Scarla vallis 235
Scarpatecti 285
Scavicana juriſdictio 243
Scenenum 291
Schanza 241
Scharanſum 227
Scheidium 226
Schellenberg 23
Schennis 23. 61. 72
Schierſa 259
Schlanderbergii 108
Schlans 199
Schlevenium 191. 202. 203
Schlinga mons 114
Schluderium 239
Schnaus 202
Schonouglius, Miniſtralis apud Ciceronianos 105
Schovenſtein arx 208
Schraus torrens 255
Schroffenſtein 239
Schuarzenſtein 200
Schuderium 255
Schydberg caſtrum 202
Scioium 296
Scipio Gambera 178
Scipio Vitellianus 126
Scolium 114. 236. 240
Sculems 207
S. Sebaſtianus 282
Sedunenſis & Genevenſis Epiſcoporum bellum mutuum 96
Sedurnum 288
Segaunum 202
Seiſa ſylva 198
Semaucam 276
Sengium 197
Senium 237
Septimius Severus Imp. 37
Septimus mons 230. 231
Septum 199
Sepunum 260
Sequani 120
Seralium 276
Seraphinus Quadrius 268. 281
Sernenſium 253
Seronum 292
Serta 289
Serterium 290
Sertiga 251
Servium 283
Sevils mons 263
Sexamienſes 107. 192. 212
Sexammenſis juriſdictio 193
Sexamnium 191. 210. 228
Sextilius Felix 33
Seyes 226
Sfondratus Cardinalis 178
Sfortiani Mediolanenſes 265
Sgima 287
S. Sigubertus 57. 195. 196
Sigubertus, Allemanniæ & Rhætiæ dux 55. 57
Sigiſmundus Archidux Auſtriæ. 96. 98. 137. 153. 244
Sigiſmundus Imp. 187
Sigiſmundus Brandiſius 105. 108
Sigovoiſus. 5
Siles. 211

Silienſes 234
Silienſis lacus ibid.
Silium 227. 233
Silvapina alpes 119
Sixtus 4. Papa 156
Soatia 213
Sognum 288
Solatium mons 263
Sola-verſa caſtrum 255
Soles 227
Solicinum 44
Solium 79. 232
Soladurum 119
Solærum caſtrum 201
Solcogii communitas 288
Somagna 291
Sondalum 282
Sondrii 286
Sondrium 177. 278. 279. 284
Sonnenberg 23
Sontium caſtrum 254
Soriate 293
Sortum 213
Soſtila 289
Sovernum 287
Sparſum 283
Speluca 211
Spelucenſes 212
Spilberg caſtrum 203
Spinoila, caſtrum. 34. 218. 221
Spludatium 230
Spriana 287
Squadra 212
Stabulum vetus 231
Stadionum caſtrum 254
Stalla 230
Stambilonum 296
Stampa 232
Stazona 283
Stephanus Quadrius 93
S. Stephani ſacellum 291
Sterletia 296
Stilico 46. 47. 48
Stilvia vallis 240
Stova 295
Strada 202
Straleccum pagus 254
Strasbergum, arx 109. 259
Strela mons 260
Sturvis 257
Sturviſium 227
Stuſſavia 191. 192. 193. 207. 210. 214
Suaderloch 111. 121
Subcaſtellum 232
Subcomitia 222
Subportani 232
Subvia arx 260
Sucrum 211
Suevia fame oppreſſa 78
Suevia Ducatus Imperio Rom. adjunctus 66. 67
Suevi Palaſtinam petunt 77. 78. Rhatias incurſant 42
Suevus ſimplex, Helvetios deprecatur 109
Suiccardus ab Aſperomonte 77
Suitii 102. cum Glaronenſibus & caſtrorum Rhaticorum incolis, Saruneſes bello

petunt 94. oppidum Sarunetum recipiunt 95
Sumerovia caſtrum 260
Summa Cologna 282
Summa prata 208
Summa ſaxa 284
Summus lacus 295
Summus vicus 199. 283
Superſaxenſis juriſdictio 191. 194
Superſaxum 200. 214
Supra-aqua 258
Supracaſtrum 201
Supralacum 234
Supra Oenum 235
Supraportana juriſdictio 231
Supraportani 232
Supraſaxum 154. 221. 229
Supraſylvani 204
Supra Tiolum 282
Surana 287
Suricum 271
Surum 230
Suſana 235
Suſingovum 291
Suſium 236
Sutii pons 284
Syfridus à Flumine, Epiſcopus Curienſis 83
Sylva 198. 239
Sylva fratrum, prope Baſileam 110. 121
Sylvaplana 234. 238. 292. 296
Sylvaplanenſes 234
Sylveſter 284
Sylveta 289
S. Syri ſacellum 284

T.

TAbulæ trium ſigillorum 175
Tagſtein 208
Tajedum 298
Tainum 258. 260
Talamona 123. 290
Taminienſes 204
Taminium 191. 192. 205
Tancredus, Pſeudo-rex Siciliæ 78
Tannum 295
Taraſpum caſtrum 237
Taronum 282
Tartani vallis 290
Tartarum 208
Tartium 240
Tarveſede 296. 297
Taſna vallis 236
Tauriſci 7
Tayda vicus 290
Tegiatum 296
Tegiola 290
Teleinum 226
Tello, Epiſcopus Curienſis 54. 60. 196
Tenna 191. 202. 203. 214
Teraſpum caſtrum 96. 102
Terra Rotunda 239
Terriplanum 275
Terſnaus 201
Terza 239
Teutonici homines 212
Thaddæus Eſtenſis 93
Theobaldus, Rhætiæ Dux 59
Theodatus Oſtrogotthorũ Rex 52

Theo-

Theodebaldus, Rex Franciæ 55
Theodebertus Rex Franciæ 51. 57
Theodoricus Oſtrogotthus Rex Italiæ 49. 50
Theodoricus Freulerus Glaronenſis 115
Theodorus Schlegel 168. 169. 220
S. Theodori templum 251
Theodoſius Imp. 46
Theodoſius, magiſter equitum 44
Theophraſtus Paracelſus 234
Thietmarus, Epiſcopus Curienſis 72
Thieto, Abbas S. Galli 69
S. Thomas 287
Thomas Baro ab Ehrenfels 211
Thomas, Epiſcopus Conſtantienſis 99
Thomas Planta, Epiſcopus Curienſis 172. 208
Thomas de Schauenſtein 262
Thuſci, deſertâ primâ patriâ, in Rhætiam commigrant 7. *dominandi cupidi, fines ſuos extra montium anguſtias protendunt* 10. *ſub jugum hoſtium exterorum miſſi* 6
Thuſcia, poſt Hetruria dicta 3
Thuſcia, pagus Rhætiæ 8
Thuſcia oppidum 174. 208
Thuſcienſis juriſdictio 191. 193. 207. 208. 217
Tiberius Cl. Nero Rhætos affligit 15
Tiberio Cæſari Rhætia præſtò fuit 32. *triumphus decretus* 17
Ticini ſcaturigo 198
Ticinum 124. 126. *captum* 143
Tignaca Paravicinus 83
Tigurini 132. *Rhætis adſunt* 118
Tigurinorum & Auſtriacorum prælium ad Vitodurum 82. *ad Tatuillam* 87
Tigurinum bellum ad pagum Ragatium 95
Tilienſes 280
Tilium 173. 278. 280. 284
Tilium caſtrum 264
Tinitionum 229
Tiolum 282
Tiranenſe caſtrum 270
Tiranum oppidum 139. 278. 281
Tirani Prætor 265
Tirolenſes 273. *fœdus Suevicum ingrediuntur* 100
Tirolenſis Comitatus ad Auſtriæ Duces devenit 88
Tirolenſis Comitatus pars in Vennonibus 23
Tirolenſium in Engadinam inferiorem irruptio 113
Tironum 199
Titus Indicianus 132
Titus Varius Clemens, Rhætiæ Procurator 38

Toggenburgii 132
Tomiliaſca 8. 207. 221. 226
Tomilium 226
Torcularia 283
Tornadri 286
Torrens Cerius 238
Tovate 292
Toveda 213
Torum 283
Trabona 125. 127. 278. 291
Trabonenſis ſquadra 280
Trans-Abduani 286
Transalpini ſubditi Rhætorum 264
Translangerani 254
Tranſum 226
Tregua 275
Treiſa pagus 107. 121
Treſenda 284
Triangia 286
Triaſſum ibid.
Tribeltingen, pagus 111
Trimontani 204
Trimontium 204. 225
Trimontium altum 60. 191
Trimontium, caſtrum 88
Tripallum 276
Triſienſe nemus 106
Triumpilini 23. 123. 126. 158. 270. 272
ad Trivultiam ades 296
Trixivium 174. 265. 286
Trixivii caſtrum 270. 285
Tronum 154. 164. 189. 190. 191. 194. 198
Tuberium 101. 104. 113. 239
Tugienſes 102. 121
Tulingi 120
Tumba Equorum 221
Turenſes 271
Turgovii 132
Turni 296
Turratia 289
Turriani Mediolanenſes 265
Turris del' Aua ſeu de Bogiagno 213
Turris de Beſſano ibid.
Turris Olonia 180
Tuveraſci 198
Tyrrhena Vallis 264

V.

VAcciphagus 275
Vackenou arx 207
Valdera mons 113. 239
Valdo, Epiſcopus Curienſis 67. 68. 70
Valendaunum 193. 202
Valens Imp. 43. cum Gothis congreſſus, perit 46
Valentina Galeatia 295
Valentinianus Imp. 43. 44
Valentinianus minor Imp. 45. 46
Valentinianus 3. Imp. 214
Valentinianus Epiſcopus Curienſis 218
Valentinus à Vazerino 171
Valerium caſtrum 254
Vallaca 230
Vallate 290. 292

Valla-

Vallatia 276
Valleta 291
Valle-Druſiani 23
Vallenſtadium 118
Vallis 289
Vallis
- *Actuatia* 198
- *Agneda* 286. 288
- *Ambria* 288
- *S. Antonii* 119. 254
- *Arigna* 286
- *bella* 213
- *Belviſi* 284
- *Bitti* 127. 290
- *de Bodegno* 296
- *Bona* 288
- *Bovera* 295
- *Calancha* 213
- *Camonica* 266
- *Cava* 239
- *Clauſa* 283
- *Codera* 295
- *Domeſtica* 207. 217. 226
- *Druſiana* 16. 23. 107. 111. 117
- *Dulcis* 23. 105. 107. 111
- *Duria* 23
- *Faiz* 233
- *Falera* 230
- *Ferrara* 211
- *Forba* 275
- *Groſina* 282

Vallis
- *S. Jacobi* 267. 293. 296
- *Leguntina* 191. 201
- *Leimia* 111
- *Madia* 143
- *Madre* 128. 288
- *Malenci* 286
- *Malgina* 284. 286
- *Maxini* 292
- *Menaſii* 272
- *Miſaucina* 132. 190. 212. 214
- *Monaſterii* 101 113. 114. 217. 221. 239
- *Monaſterienſes* 101. 104. 114
- *Montis-belli* 253
- *Oenaua* 274
- *Peſona* 239
- *S. Petri* 191. 201. 214
- *Pilaſca* 283
- *Plenia* 198
- *Pragallia* 221
- *Rhaticona* 108
- *Rheni* 191. 193. 210 214
- *Rheni juriſdictio* 211
- *Samnitia* 238
- *Sana* 226. 255
- *Saxea* 23. 127. 290
- *Scarla* 102. 236

Vallis:
- Serinna 285
- Solis 273
- Sylva-pinea 253
- Telina 125. 128. 177. 178. 217. 264. 266. 273. & ſeqq.
- Tartani 290
- Taſna 236
- Venuſta 100. 101. 113
- Verſanna 72

Valliſtadium à Suitiis & Glaronenſibus occupatum 94
Valtanna 226
Valtherus ab Hallvilâ 261
Valtherus à Stadiono 87
Valtherus à Vatio 212. 249
Valtenſpurg 199
Valtramus Comes, Duregiæ Præfectus 54
Vandali, Allemannis juncti, Rhætiam vaſtant 47
Vandomarius, Allemannorum Rex 41
Varena 134
Vaſcones 271. 272
Vatienſis juriſdictio 227
Vatienſis ſuperior juriſdictio 193. 242
Vatium 154. 228
Vatium inferius 226
Vatium ſuperius 210. 217. 221
Vattilo, Rhætiæ Dux 59
Vazerolum 229. 258
Vedum 286
Veldtſperg 207
Velcuria 100. 117
Velcurium obſeſſum 81
Velcurium, caſtrum & comitatus, ab Archiduce Auſtriæ emptum 88
Velcurii comitatus 23. 218
Velpho 4. Dux Bavariæ 74. 75
Velpho junior Bavariæ Dux 77
Veltolini 264
Vendulum 287
Venetæ Reip. amicitia cum Rhætis 160
Veneti oppugnati 142
Veneti à Mediolanenſibus victi 93
Veneti Volturenam occupant 92
Venetorum bellum adversùs Sengianos 152
Venetos inter & Pontificem motus 181
Venina fluvius 288
Vennones 100. 252. 264
Venuſtus mons 23. 238
Vepca 23
Verdenberg comitatus 23. ab Epiſcopo Curienſi hoſtiliter invaſus 82
Verdenberg oppidum & caſtrum 94

Ver-

Vercejum 295
Verendarius, Epiſcopus Curienſis 61. 62
Vergerſtein 211
Vernerius, Suevorum & Rhatorum dux militaris 73
Vernherus Comes à Kyburg, Epiſcopus Conſtantienſis 79
Vernuga 282
Vertabium 213
Vertemates Franci 297
Veſcha, oppidum 89
Veſenium ibid.
Veſoli 282
Veſpaſianus ſibi Rhætiam fruſtrà adjungere tentat 33
Veſtmenza 74
Veſtmetia 238
Via-mala 192. 210
Viannus mons 241
Viberi 22. 249
Vicecomites Mediolanenſes 87. 265
Vicecomitis Dorſum 293
Vicedominium in Tomiliaſcâ 89
Vicinantia 280
Vicinia aprica 284
Vicoſupranum 232
S. Victor 213
Victor
- *Rhætiæ Comes, Conventualis Sancti Galli* 69
- *Comes Rhætiæ, Epiſcopus Curienſis* 208
- *2. Epiſcopus Curienſis* 53. 61
- *Comes, Rhætiæ Præſes* 52. 196
- *3. Rhætiæ Curienſis Præſes* 53. 54

Vicus 295
Vido, Epiſcopus Curienſis 75
Vigazolum 296
S. Vigilius 198
Vigilius, Comes Brigantinus, & Rhætiæ Curienſis Præſes 53
Vigilius 2 Comes Brigantinus, & Epiſcopus Curienſis ibid.
Vigilius Tribunus, Rhætiæ Curienſis Præſes 54
Vildenberg 203. 236
Vilhelmus, Abbas S. Galli 82
Vilhelmus à Monſauco 68
Villa 201. 283. 284. 297. 298
Villacia 281
Villa-nova 283
Villapicta 291
Villenſis archipresbyteratus 281
Vincentius Quadrius 173. 177
Vindeck 23
Vindelici Rhætis vicini 14
Vindelicia in provinciam unam cum Rhætiâ redacta 18
Vindelicia militare præſidium 20
Vineck caſtrum 256
Vinum Valletelinenſe 273
Vionum 283
Vittani Comenſes Volturenam hoſtiliter ingreſſi 82. *fugantur* 83
Vitellii Imp. bello cũ Otthone & Veſpaſiano Rhæti adfuerunt 32

Vitelliana propugnacula 33
Vitelliana, arx 238
Vitellianus de Boſſiis 262
Vitiges Rex 51
Udalricus, Epiſcopus Curienſis 75
Uldericus Abbas S. Galli 224
Uldericus 3. Abbas Sancti Galli 74
Uldericus Comes ab Amaciâ 87. 244
Uldericus Comes à Kyburg, Epiſcopus Curienſis 80
Uldericus à Buchorn, Comes Lentienſis 65
Uldericus ab Amiſio 89
Uldericus Baro ab Alto-ſaxo 79. 110. 112. 143
Uldericus Baro Rhatii 222
Uldericus Brunus, Baro à Rhatio 89. 188. 191. 206
Uldericus ab Eccleſiâ 108
Uldericus ab Haldenſtein 261
Uldericus Philippus Baro ab Alto-ſaxo 171
Uldericus-Valtherus Baro à Bellomonte 88
Uldericus Nobilis à Flumine 83
Uldericus à Ramshuag 107
Uldericus Schuldtbais, Epiſcopus Curienſis 86. 87
Uldericus Stubenvollius 116
Vide etiam Huldericus.
Ulmenſis ſignifer caſus 106
Ulpianum expugnatum 149
Ultra-Mairanum oppidum 124
Umbelicum pagus 259
Umbrius mons 276
Uncelinus, Rhatiæ Præſes 56
Undervaldii 102
Ungari ab Othone Imp. repreſſi 69
Vogelsberg 199
Vohum 296
Volcardus à Neuuenburg, Epiſcopus Curienſis 80
S. Volfgangi ædes 105
Volfgangus Brandiſius 256
Volfgangus Comes à Leuuenſtein 205
Volfgangus à Monſauco 68
Volfgangus Salettus 149
Volfius Comes à Fürſtenberg 111
Volfius Sylveſter 122
Volfius Theodoricus ab Alto Amiſio 170
Volfius-Theodoricus ab Alt-Emps 131
Volpharius, Epiſcopus Rhemenſis 61
Volturena 123. 129. 143. 173. *à Venetis occupata* 92
Volturena civitas 264
Volturena urbis rudera 291
Voltureni 76. 265. 279
Volturrheni patres 264
Vortienſis iuridictio 191. 194. 197
Uranii Helvetii 102. 103. 118

Ura-

Uranii Lepontini 22
Urſa ſcaturigo 198
Urſacius, magiſter officiorum 43
Urſaria 23. 198
Urſellani Lepontii 84. 86. 195. 197
S. Urſulæ Eccleſia 173
Vrſulerus mons 211. 296
Vrſus, S.Fridolini precibus à mortuis excitatus 55
Vſcionum 295
Vſcochi 152
Vurtium 199

Z.

ZAcco, Rhætiæ Curienſis Præſes 53
Zacco 2. Rhætiæ Curienſis Præſes 54
Zocchata vallis 290
Zuanzingerus Eremuſienſis 237
Zurtenum 227
Zutienſes 117
Zutium 170. 171. 235

FINIS.

Sphalmata, quæ in Palladem hancce Rhæticam irrepſerunt, æquus benevolusq́; Lector ſic corrigere non gravabitur.

Pagina 11. lin. 10. deleatur coma poſt Alpinos.
Pag. 14. lin. 14. ponatur pro receptam, receptum
Pag. 21. lin. ult. pro Brixienſem, Brixinenſem.
Pag. 25. lin. 12. pro Brumsli, Brumſi.
Pag. eâdem in indice familiarum nobilium, ſub litera C. addi poteſt, Cazola. Cartabati.
Pag. 28. ſub lit. P. addatur, Pini. Puſterla.
Pag. 30. ſub lit. S. addatur Sonnenberg Com.
Pag. 43. lin. 2. pro ætate, æſtate.
Pag. 47. lin. 24. pro obſervatur, obverſatur.
Pag. 58. lin. 24. pro Ferlenforſt, Feilenforſt.
Pag. 65. lin. 19. pro Lintgovia, Lintzgovia.
Pag. 73. lin. 10. pro Brugum, Bugum.
Pag. 77. lin. 4. pro Einhoffium. Elnhoffium.
Pag. 82. lin. 7. pro Bruſsnang, Buſsnang.
Pag. 85. lin. 19. pro Donſpergum, Dornſpergum.
Poſt pag. 174. corrigatur numerus folii 175.

BASILEÆ
excudebat
IOAN. IACOBVS GENATHIVS,
Notar. Publ. & Acad. Baſil. Typographus.
Anno
MDCXVII.